ZBIOR PRAW
Y
PRZYWILEIOW
MIASTU STOŁECZNEMU W. X. L.
WILNOWI NADANYCH

NA ŻĄDANIE WIELU MIAST KORONNYCH, JAKO TEŻ WIELKIEGO KSIĘSTWA LITEWSKIEGO

UŁOZONY Y WYDANY

PRZEZ

PIOTRA DUBINSKIEGO Burmistrza Wileńskiego.



Roku 1788.

W WILNIE
w DRUKARNI J. K. Mci
przy AKADEMIJ.



DO

NAYJASNIEYSZEGO MIŁOSCIWEGO PANA

STANISŁAWA AUGUSTA

KROLA POLSKIEGO

WIELKIEGO KSIĄZĘCIA LITEWSKIEGO &c.

NAYIASNIEYSZY MIŁOSCIWY KROLU



Prawa i Przywileie, któremi Stołeczne W. X. L. Miasto Wilno, od W. K. Mci, oraz Poprzednikow jego iest nadane, składa przezemnie u Tronu W. K. M. jako u źrzódła swego, z którego wyszły. Między wielą Epochami uwieczniaiącemi Nayłaskawsze, i Naydobrotliwsze Panowanie W. K. M. niepoślednią będzie, dzwignienie Miast, i przywrócenie im przeszłych ozdob, Praw, Przywileiow, Spokoyności, Handlu, i Rządu.

Od początku Panowania Waszey Królewskiey Mości, poczuło zaraz to Miasto Stołeczne krew Jagiellońską, (której początek, i wzrost swóy winne,) na Tronie. Poczuło uprzątnione zawady do wzrostu, i ozdoby swoiey, a zasilone wielowładną Protekcyą Waszey Królewskiey Mości, z dawnych się ruin swoich dzwigać, i nowego blasku nabierać poczeło.

Pel-

Pełni Nadziei jesteśmy, że Wasza Królewska Mość, i w dalszym czasie Panowania swego, BOŻE day by naydłuższego! jako powszechny Oiciec Wszystkich Stanow, niewypuścisz z Wielo-władney Protekcyi swoiey tego Miasta, które ku następnym Wiekom, nietylko na Bramach, ale barziey na sercach Potomkow swych wyryie, i nie jako z rąk do rąk poda słodką pamięć Dobrotliwego Panowania Waszey Królewskiey Mości, wskrzesiciela swego.

Tak Imieniem wszystkich Obywatelow przyrzeka, wydaiący na świat ten Zbior Przywileiow, ku Wieko-pomney pamiątce Dobroczynnych Monarchow swoich.

WASZEY KROLEWSKIEY Mości
PANA Moiego MIŁOSCIWEGO



Wierny poddany
Piotr Dubiński Burmistrz Wileński.

ZEBRANIE PRAW
PRZYWILEJOW, DEKRETOW, RESKRYPTOW, LISTOW,
OD
NAYJASNIEYSZYCH MONARCHOW
KRÓLOW POLSKICH Y WW. XIĄŻĄT LITEW:

MIASTU STOŁECZNEMU WILNOWI
Łaskawie Nadanych.

WIEK CZTERNASTY

Przywiley Władysława Jagiełły i Zygmunta.

Roku 1387. *in Craſtino Feſti S. Benedicti Abbatis, Privilegium Vladislai Jagiellonis Regis Poloniæ & Magni Ducis Lithvaniæ, super Jus Magdeburienſe Civitati Vilnenſi collatum.*

VLadislaus Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Lithvaniæquè Princeps Suprémus, Hæres Rſſiuæ &c. cunctorum. Quibus expedit notitiæ commendamus, de gratuitis & multiplicibus obſequiorum inſigniis, quibus Fideles Noſtri Cives & Incolæ, totaquè communitas Civitatis noſtræ Vilnenſis, Majeſtatem Noſtram ſunt hactenus venérati, & in futurum continuato fidelitatis ſtudio ſi poſſint; continuo reddere gratioſiores. Quorum intuitu ipſos specialibus & gratioſis affectibus, intendentes proſequi, cupientesquè: ex eo Civitatis Noſtræ Vilnenſis præfatæ; feliciorem ſtatum & conditionem, fieri meliorem, Eisdem Civibus & incolis totæquè communitati prædictæ Civitatis Noſtræ Vilnenſis, Jus Theutonicum quod Magdeburienſe dicitur; damus & conferimus, de Regalis plenitudine Maeſtatis, super quo certas literas noſtras Sigillo Noſtro pendenti ſigillatas, supra dictis Civibus & Incolis totæquè Communitati sæpé fatæ Civitatis Noſtræ Vilnenſis dare volumus; dum in Regno Noſtro Poloniæ proxime conſtituti fuerimus Divinâ gratiâ Nobis ſuffragante: nihilominus tamen iidem Cives & Incolæ totaquè communitas memoratæ Civitatis noſtræ Vilnenſis Capitaneo noſtro Vilnenſi, qui pro tempore fuerit in omnibus licitis & honeſtis ut moris eſt, obedire fideliter teneantur: Caſtrum quique noſtrum Vilno, sumptibus propriis cuſtodiant, juxta conſvetudinem à multis tranſactis temporibus hactenus tentam, & habitam, tamdiu videlicet, quousquè supra dicta Civitas noſtra Vilnenſis muro, ex omni sui parte fuerit circumducta. Poſtquam vero Civitas hujusmodi muro ſicut

præmittitur, circumdata extiterit extunc iidem Cives & incolæ totaque communitas ipsius Civitatis Vilnensis ab hujusmodi custodia Castri nostri Vilnensis sint liberi pænitus & exempti. Præsentium sub nostræ Maiestatis Sigillo, Testimonio Literarum. Datum in Merecz in Crastino S. Benedicti Abbatis Anno Domini Millesimo Trecentesimo Octogesimo Septimo.

Sigillum appensile, M. D. L.

WIEK PIĘTNASTY.

Roku 1432. *Feria Secunda ante Festum S. Michaëlis, Privilegium Serenissimi Sigismundi Magni Ducis Lithvaniæ Russiæ &c. Super Jus Magdeburiense ad instar Civitatis Cracoviensis, tum & super Stateram, Rasoria Panni, Institas, Propinationem Cerevisiæ, Medonis, & Vini, Civitati Vilnensi collatum.*

In Nomine Almæ Trinitatis Amen. Ad perpetuam rei memoriam: ne error oblivionis, gestis sub tempore versantibus pariat in posterum detrimenta; alta Principum consilia decreverunt ea, literarum apicibus, & Testium annotatione perennari. Proindé Nos Sigismundus Dei gratiâ Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæqué &c. significamus tenore præsentium, quibus expedit. Universis præsentibus & futuris, ad quorum notitiam deducetur præsens pagina. Quomodo cupientes Civitati Nostræ Vilno & incolis in ea habitantibus conditionem facere meliorem, ut tempore nostræ felicis gubernationis, nostris Munificentiæ donis suffulti & præsidiis adjuti, in multitudine Populi valeant salubria suscipere incrementa: præfatæ Civitati Nostræ Vilno, ac omnibus & singulis Civibus & incolis ipsam inhabitantibus, præsentibus & futuris, Jus Theutonicum quod Magdeburiense dicitur, denuo damus, donamus, conferimus inscribimus & largimur, ibidem perpetuo duraturum, tam Fidei Catholicæ cultoribus quam etiam Ruthenis, in omnibus suis conditionibus, clausulis, sententiis, punctis & articulis obtinendum: prout Civitas Cracoviensis ipsum Jus Theutonicum Magdeburiense dignoscitur obtinere. Removentes ibidem alia omnia jura Polonicalia, Lithvanicalia, & Ruthenicalia, modos & consvetudines universas, quæ ipsum Jus theutonicum plerumqué consveverunt perturbare. Eximimus etiam, absolvimus & perpetuo liberamus omnes & singulos Cives & incolas ejusdem Civitatis nostræ Vilnensis Catholicos & Ruthenos ab omni jurisdictione & potestate; omnium terræ nostræ Lithvaniæ Palatinorum, Judicum, & quorumvis aliorum, ita: quod coram ipsis aut eorum aliquo, pro causis tam magnis quam parvis, puta, furti, sangvinis, homicidij, incendii, & membrorum mutilationis, ac quibuslibet aliis enormibus excessibus evocati & ciati, Nemini

ni respondere tenebuntur, nec aliquas pænas solvere ſint aſtricti, sed tantum cives & incolæ prædictæ Civitatis, coram eorum Advocato qui pro tempore fuerit; Advocatus vero coram Nobis, dum tamen per literam, ſigillo noſtro ſignatam evocatus fuerit & citatus, tunc non aliter quàm jure ipſorum theutonico cuilibet ad objecta respondere ſit aſtrictus. In cauſis verò capitalibus & criminalibus superius expreſsis, eidem Advocato iudicandi, sententiandi, puniendi, corrigendi, rotandi, plectendi & condemnandi, damus & conferimus plenam & omnimodam poteſtatem, prout hoc ipſum Jus theutonicum Magdeburiense, in omnibus suis punctis, clauſulis, sententiis, conditionibus & articulis poſtulat & requirit. Damus etiam denuo, conferimus & largimur, prænotatæ noſtræ Civitati Penſam, in qua scilicet, cera & aliæ res mercimoniales cujuscunquè generis ſeu speciei exiſtant; solent ponderari: item Raſoria, Panniqué plura in ipſa Civitate fieri poterint. Quatuor inſtitas, panni, & alias quatuor juxta se contigué poſitas, ac depoſitionem seu propinationem cereviſiæ, medonis aut vini, quæ in vulgari *Szrotarſtwo* nuncupatur, cum ipſarum utilitatibus & proventibus, quos Cives noſtri prænominati, in uſum & meliorationem noſtræ Civitatis Vilnenſis convertendi, plenam & omnimodam habeant facultatem. Volentes etiam, quod dicti Cives noſtri Vilnenſes, censum Tabernorum ſingulis Annis, Nobis & Succeſsoribus Noſtris solvere debeant prout prius ex antiquo, eundem conſveti sunt solvere & soliti. In quorum omnium teſtimonium & evidentiam certiorem, Noſtrum ſigillum, præſentibus eſt subappenſum. Actum & datum in Caſtro noſtro Trocenſi Anno Domini Milleſimo Quadragenteſimo Trigeſimo ſecundo. Præſentibus præclaro Principe Alexandro alias Olelkone, nec non Magnificis & ſtrenuis Kiezgall Capitaneo Samogitienſi, Rumpholdo Terræ Lithvaniæ generali Mareſchalco, Joanne Jawnut Palatino Trocenſi, Petraſthio Montigerdowicz Palatino Nowogrodenſi, Jwaſthone aliàs Gaſtedlt, & Saulo Twardowa Secretario noſtro, aliisquè quam pluribus Teſtibus fide dignis. Per manus Nicolai de Blaſcowicz Sectetarii noſtri fidelis Dilecti.

Sigillum appenſile M. D. Litt:

Ru 1432. Dnia 27. Septembra, Przywiley Xcia Jmci Zygmunta na Prawo Magdeburſkie, wagę, poſtrzygalnie, kromy, ſzynkowanie piwa, wina, miodu, Miaſtu Wileńſkiemu dany.

Wo Jmia Swiatoy Troycy Amin. K-wiecznoy pamieti i reczy Wyſoka Kniazia Rada uſtawiła, ſztoby bez radztwom i nieuſtanowſtwin mieży reczy ſzto ſie imut diejati potom pako ſtiby niebyło, uſtawili: nato twerdoſti hramaty i swiedki, wykładajuczy znamia, aczby to było wieczno. Pretoż My Zigimont

Bożeju Miłostiu Wieliki Kniaź Litowski, Zemoytski, Ruski i innych. Wyznawajem toju Hramatoju wsiem kotorym nadobno iest nineyszym Ludziom, i kotoryie potom budut, kotoryie siuju hramatu naszu uzriat ili usłyszat cztuczy, iże My chotieczy i żodajuczy sztoby naszomu Miestu Wilni, wsim tym szto w nim żywut, bytie lepszoje uczyniti tym Uradom, iżby za naszoho czasu szczasliwoho panowania naszymi darmi, i pomnożeniem i pomocoy i twierdostiu iżby się Ludie mnożyli i szyryli sprawiedliwostyiu tamu to naszomu Miestu Wilni i wsim Miesticzom szto w nim Sud Prawo Nemeckoje Magdeburskoje, i znowu dajem i daruiem i zapisuiem na nineszniyie i na wiecznyie czasy wsim Miesticzom Wileńskim naszoy wiery Rymskoje i Ruskim szto sut ruskoie wiery i wsiemu Pospolstwu Miesta Wileńskoho wo wsich swoich uradiech, toho Prawa Niemieckoho, i członkach, rozdiełach rozumiech dierżati ich potomuż kak Miesto Krakowskoje toje istnoie Prawo Niemieckoie Maydeburskoie derżati, oddalaiuczy od innych Praw szto sut Polskije, Litowskie, Ruskije, i oddalaiuczy wsie obyczaia kotoryie by tomu Prawie na pokost były; od tych i innych Praw i obyczajow wymaiem i osłobożaiem toie Miesto Wileńskoie od wsieho Prawa i nasilia wsich Woiewod i Ludiey Ziemli naszoie Litowskoie i od wsich innych Uradnikow Naszych, a pered nimi pered Woiewodami i Sudiami albo pered kotorymi z nich, nie nadobie im nikotorych reczy, ni welikich ni małych tatby rozkrywawlenia, na podole mordowania, zażoh, a członkow ochromlenia i wsich kakich boli innych niepodobnych prostupok, o wsiakiie dieła nienadobie ich zażywati pred nich ani im pered nimi odwieti dawati, ani kotorych win nienadobie im płatiti; na owsia dieła rozprawiatisia im pered swoim Woytom, kotory toho czasu budiet, koliż Woyta chto pozwiet pered Nas naszoju hramatoju, z naszoiu pieczatiu, tohdy nieinaczey, ino ichże prawom Niemieckom maiet odpowiedati każdomu, chto jemu winu dast. No u tych Uradiech Hołownych perwo pisanych Woytowi suditi, i odsuditi, kazniti, mstiti, na koła biti, stinati, daiem i z połna wsiu moc, kak w tom prawie Niemieckom Maydeburskom wo wsich swoich członkach, rozumiech, rozdiełach po ich ustawleniu i uradu dierżat. A także daiem i znowu perwo reczonomu Miestu naszomu Wahu, na kotorey wosk wiesiat i inne reczy kramnyie i kakikolwiek Towar imut ważyli. A także postryhania sukon kotoryie w Miestie mohut byti, czotyryie Jatki sukonnyie, a inne k tomu czotyry podle siebie ustawlennyie, a szynkowanie i złożenie wina, miodu, i piwa szto Polskim językom słowiet *Szrotarstwo* z ich pożytki i prychody tomuż Miestu naszomu perwo reczonomu użytek, a polepszenie naszeho Miesta Wilni i społna moc władati maiut. A także choczem perwo reczonyie Mieszczanie płat koromny na każdy rok Nam i chto po nas budet Naszym Namiestnikom imaiut płati-

płatiti, kak pierwey i zdawna totʃiſti płat dawali, i płatili, a na wſie tyie reczy i na ſwiadectwo i na znamię Naſzu Pieczat k- toję Hramatie ieſmo podwieſili. Stałoſię a dan w Trocech w Horodie Naſzom pod Lety Jsuſa Chryſtowa Rożdeſtwa, Tyſiecza Czotyryſta Tryccat Wtoroho, Seprembra Dwaccat Siemoho Indikta iedynaſtoho. A Swiedki na to ſzto pry tym byli Kniazi naszyie Alexander Włodymirowicz, Siemion Jwanowicz, a Panowie Pan Oſtyk Wileńſki, Pan Kiezgayłło Stta Zomoytſki, Jawnut Wojewoda Trocki, Rumboldt Petraſz Nameśnik Nowohorodzki, Gaſztoldt, Radiwiłł, Oſtikowicz i innych mnoho.

Pieczęć przywieſiſta W. X. Litt.

Ru 1432. dnia 23. Septembra Przywiley tegoż Xcia Jmci Zygmunta na wolność bez mytną Miaſtu Wileńſkiemu dany.

My Wieliki Kniaź Zygimont dajem wiedomo Wſiakomu ſieju naſzoju Hramatoiu, pożałowalieśmo Wileńſkich Mieſtyczow Lachow i Ruſi ſzto im myta niedawati po wſiey naſzoy ziemli, kak i zdawna nie dawali, a odpuſtiliieśmo im wſie myta wieczno. A protoſz ſztobyieſtie na wſich Wileńſkich Mieſtyczow myta nieimali, ani kotorych poſzlin torhowych w Łucku, Kownie i po Podolſkoy Ziemli i w Smoleńſku, i w Bereſty, i Nowohorodku, i w Mińſku, w Koronę i po innym pak mytom po Rekom i po Moſtom po Stawom hdelikolwiek budut myta. A natojeśmo dali Im ſiuju naſzu Hramotu z naſzoju Pieczatoju, a ſztoby naſzoje Hramatie nichto nie ołuſzałſia. A Piſan w Trocech pod Lety Rożdeſtwa Jsuſa Chryſtowa Tyſiecza Czotyryſta Tryccat Wtoroho Mieſieca Septembra, Dwaccat tretieho Dnia, Indikta iedenaſtoho.

Pieczęć W. X. L.

Ru 1440. Przed świętem S. Elżbiety Przywiley świętey pamięci Xcia Jmci Kazimierza W. X. Litt: na wolność bez mytną Mieſzczanom Rzymſkiey i Ruſkiey wiary i to pod Prawem Magdeburſkim będącym nadany.

CAſimirus Dei Gratiâ Magnus Dux Lithvaniæ Ruſſiæ &c Significamus tenore præſentium quibus expedit Univerſis. Quomodo attentis fidelibus servitiis Nobis per Cives Vilnenſes exhibitis, ipſis omnibus tam Catholicæ Fidei cultoribus quàm Ruthenis, Jure tamen Magdeburienſi gaudentibus, Conceſſimus & dedimus, præſentibusque concedimus ac damus hanc libertatem, quòd per totum noſtrum Magnum Ducatum Lithvaniæ & Ruſsiæ nullum theloneum à quibuscunque mercantiis dare & solvere tenebuntur; sed juxta conſvetudinem antiquam à Noſtris Prædeceſſoribus, & ſiguanter Se-

reniſſimis Principibus Avo videlicet Olgierdo olim Magno Duce Lithvaniæ & Domino Vladislao Rege Poloniæ, tunc autem Magno Duce exiſtente Genitore Noſtris, ipſis conceſſam, & datam ratione dicti Thelonei perpetuò permanebunt. Idcirco vobis Principibus, Caſtellanis, Palatinis, Capitaneis, Tenutariis, Theloneatoribus, Pontium, Navigiorum & viarum Cuſtodibus aliisquè officialibus & vices gerentibus, ſingulis pro tempore exiſtentibus, præsentibus requirendis mandamus, noſtris firmis in mandatis, quatenus à præfatis Civibus Vilnenſibus, quocunquè per veſtras tenutas ipſis ire contigerit; nullum theoloneum a quibuscunque ipſorum mercimoniis ut præfertur, exigatis, nec exigere præſumatis, ipſos juxta antiquam conſvetudinem obſervando. Harum, quibus Sigillum Noſtrum eſt appenſum Teſtimonio Literarum. Datum in Troki Feria sexta ante Feſtum S. Eliſabeth Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo ad Mandatum Magnifici Gaſtoldt Trocenſis Palatini.

Sigillum appensile M. D. Litt:

Ru 1440. *Dnia* 17. *Nowembra, Przywiley tegoż Xcia Jmci Kazimierza, także na wolność bez mytną, Miaſtu Wileńſkiemu nadany.*

KAzimir Bożiu Miłoſtiu Wieliki Kniaź Litowſki i Ruſki, Uziawlaiem tym Liſtom, kotorymſię pryhodit, iże pryſtupajuczy wiernym ſłużbom prez Mieſzczany Wileńſkiie wſim Rymſkoje i Hreckoje Wiery ſzto sut w Maydeburſkom Prawie, pożyczylieśmo i dali, i ninieyſzym też pożyczajem i dajem to izwolenie wo wſim Wielikom Kniaźtwie Litowſkom i w Ruſkom, żadnoho Myta nie dawati, wodłuh ſtaroho obyczaja od Naſzych ſztoże byli pierwo Oświeczennych Kniazi Dieda Naſzoho Olgirda, niekoli buduſzczoho Wielikim Kniaziem Litowſkim, i Oświeczennoho Władyſława Korola Polſkoho tohdy też wielikim Kniaziem buduſzczoho, Otca Naſzoho, im było to pożyczono i dano na wieki i My ninie im wieczno daiem. Protoż Wam Kniaziatom, Staroſtom, Wojewodom, Namieſtnikom, Zakażcom, Mytnikom po Moſtom, po Perewozom i Podorożnym Storożom i wſim Uradnikom ninieyſżym i ſzto po tom budut, prykazuiem naſzym mocnym prykazaniem; aby od perwo reczenych Mieſtyczow Wileńſkich kudy kolwiek czerez naſzyie Dzierżawy pryhodiło ſię by im poyſti, żadnoho Myta od każdoho towaru nie imali u nich ani śmielibyieſtie wziati, podłuh ſtaroho obyczaja, takbyieſtie ich dierżali. A na toieśmo im dali ſiuju naſzoiu Hramatu, i naſzoju Pieczatiu prywieſiſtoiu. A piſan w Trocech pod Lety Rożdeſtwa Chryſtowa, Tyſiacza czotyryſta Czotyrydieſiatoho, Mieſiaca Nowembra Siedmnaccatoho Dnia, indikta czetwertoho

Pieczęć przywieſiſta W. X. Litt.

Ru 1441. Feria Sexta post Dominicam Judica, Privilegium ejusdem Sereniſſimi Caſimiri M. D. L. super jus Magdeburienſe Penſam, aliàs Waga, Raſoria Panni, propinationem cerevisiæ, medonis, vini, campum in Łukiſzki & celebrationem Nundinarum, Civitati Vilnenſi collatum.

IN Nomine Almæ Trinitatis Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ne error oblivionis, geſtis sub tempore verſantibus pariat in poſterum detrimenta: Alta conſilia Principum decreverunt ea literarum apicibus & annotatione Teſtium perennari, Proinde Nos Caſimirus Dei Gratiâ Magnus Dux Lithvaniæ, Ruſſiæ &c. Significamus tenore præſentium quibus expedit, Præſentibus, Univerſis & Futuris, ad quorum notitiam deducetur præſens Pagina. Quomodo cupientes Civitati Noſtræ Vilno, & incolis in ea habitantibus, conditionem facere meliorem, ut tempore noſtræ felicis gubernationis, Noſtris munificentiæ donis suffulti, & præſidiis adjuti, in multitudine Populi valeant salubria suscipere incrementa: præfatæ Civitati Noſtræ, ac omnibus & ſingulis Civibus & incolis ipſam inhabitantibus, præſentibus & futuris Jus Teutonicum quod Magdeburienſe dicitur, denuo damus, donamus conferimus, inſcribimus & largimur. Ibidem perpetuo duraturum tam Fidei Catholicæ cultoribus, quam etiam Ruthenis, in omnibus conditionibus, clauſulis, sententiis, punctis & articulis obtinendum: prout Civitas Cracovienſis ipſum Jus teutonicum Magdeburienſe dignoscitur, obtinere. Removentes ibidem alia omnia jura Polonicalia, Lithvanicalia, & Ruthenicalia, modos & consvetudines universas, quæ ipſum Jus teutonicum Magdeburienſe plerumquè conſveverunt perturbare. Eximimus etiam, absolvimus & perpetuo liberamus omnes & ſingulos Cives & incolas ejusdem Civitatis noſtræ Vilnenſis Catholicos & Ruthenos, ab omni Juriſdictione & poteſtate omnium terræ noſtræ Lithvanæ Palatinorum, Judicum & quorumvis aliorum Officialium noſtrorum, ita quod coram ipſis, aut eorum aliquo pro cauſis tam magnis, quam parvis, puta: furti, sangvinis, homicidii, & incendii, & membrorum mutilationis, ac quibuslibet aliis enormibus exceſſibus evocati & citati, minimè respondere tenebuntur, nequè aliquos pænas solvere ſint aſtricti: sed tamen Cives & incolæ prædictæ Civitatis, coram eorum Advocato qui pro tempore fuerit. Advocatus vero coram Nobis, dum tamen per literam ſigillo noſtro ſignatam evocatus fuerit & citatus, tunc non aliter, quam eorum jure teutonico ad obiecta respondere tenebitur. In cauſis vero capitalibus & criminalibus superius expreſſis eidem Advocato, judicandi, sententiandi, puniendi, corrigendi, rotandi, plectendi, & condemnandi, damus & conferimus plenam, & omnimodam poteſtatem: prout hoc ipſum Jus teutonicum Magdeburiense, in omni

mnibus suis punctis, clausulis, sententiis, conditionibus & articulis postulat & requirit. Damus etiam denuo, conferimus & largimur praenotatae nostrae Civitati pensam, seu trutinam, in qua videlicet cera, & aliae res mercimoniales, cujuscunque generis seu speciei existant, solent ponderari; & Rasoria Panni, quae plurima in ipsa Civitate fieri poterunt, ac depositionem seu propinationem cerevisiae, medonis aut vini, quae in vulgari *szrotarstwo* nuncupatur, cum ipsorum utilitatibus & proventibus, quos Cives nostri praenominati in usus & meliorationem nostrae Civitatis Vilnensis praedictae; convertendi plenariam & omnimodam habeant facultatem. Volentes etiam quod dicti Cives nostri Vilnenses censum Tabernarum singulis annis Nobis & nostris Successoribus solvere debeant, prout prius ex antiquo eundem consveti sunt solvere & soluti. Praeterea pro majori melioratione & augmento ejusdem Civitatis nostrae Vilnensis, Civibus & incolis ipsius damus omnia macella quae nunc sunt & plura esse possunt, meliori provisione mediante; cum omnibus utilitatibus & proventibus eorundem. Insuper pro meliori utilitate dictae nostrae Civitatis damus ac assignamus & perpetuo largimur Civibus & incolis Campum nostrum, a Civitate ipsa usquè ad fluvium Vilia ab una, & a *Czartowa Góra* usquè ad *Łukiszki* partibus, ex altera situatum. Caeterum concedimus saepè fatis Civibus & incolis per totum Magnum Ducatum nostrum Lithvaniae & Russiae, in omnibus Castris & Civitatibus, videlicet Troki, Polocko, Witebsko, Smoleńsko, Kijow, Szytomierz, Słucko, Mińsko, Nowogrodek, Łucko, Brzeście, Drohiczyn, Grodno, Cauno, aliisquè omnibus Castris, Civitatibus & Foris, liberam facultatem emendi & vendendi per unam urnam unum talentum, unam pellem sabellinam, martuvinam, castorinam, & variorum cuiuscunquè generis & speciei existant, de omnibus mercantiis, quibuscunqué nominibus generalibus & specialibus possint & valeant nominari. Item damus & concedimus praedictis Civibus & incolis in Vilno, liberam potestatem bis in quolibet anno, annale Forum & Nundinas tenendi, videlicet à Festo Epiphaniae usquè ad octavas & in Festo Assumptionis B. M. V. Gloriosae etiam usquè ad octavas ejusdem vice altera perpetuis temporibus duraturum. In quorum omnium testimonium & evidentiam certiorem, nostrum Sigillum est praesentibus subappensum. Datum in Beresti Feria sexta post Dominicam *Judica* A. D. Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo primo Praesentibus Praeclaris Principibus, ac Magnificis Strenuis & Nobilibus Dominis, Hleb Dawgoldowicz & Georgio Siemionowicz Dawgird Vilnensibus, & Jwaszko Gosztoldt Trocensi Palatinis, Petraschio Montygierdowicz Terrae Lithvaniae Mareschalco, Sandulbogio Wolimutowicz Naczkone Capitaneo Brestensi, Andruschone Niemirowicz, Andruschone Sakowicz, & Iwastchone Boycewicz, aliisquè quàm pluribus Testibus Fide dignis per manus Nicolai

nostri

noſtri Secretarii ad relationem Magnificorum Dawgird Vilnenſis & Gaſtoldt Trocenſis Palatinorum.

Sigillum appenſile M. D. Litt.

Ru 1444. *Dnia* 13. *Julii Przywiley Xcia Jmci Kazimierza na wolny spław Win i Towarów rzeką Wilią tak też żeby Jazy otwarzane były, i brzegów z obuſtron rzeki niebroniono Miaſtu Wileńſkiemu dany.*

Od Wielikoho Kniazia Kazimira Korolewica. Namieſtnikom Naſzym i Tiwunom i Bojarom wſim po obie ſtoronie Wiliey, od Wilna i do Kowna, kotoryie koli Wilnowcy poydut po Wiliey z Tarhowłoju sudnom, i Wyby ich propuſkali po naſzym Jezom, i po Bojarſkim, poodczyniaytie worota kuda ſudnom choditi, także i biereh pryzwoliieśmo im zo wſieju Radoiu naſzoju po obieiu ſtoronam Wiliey, sudna tiahnuti i w werch i na niz i wyby im i berehu niebߋronili, zaniuſz to ieſt naſze Dobroje i Ziemſkoje. A piſan w Lide pod lety Rożdeſtwa Hospoda Naſzoho Jsuſą Chryſtowa Tyſiacza Czotyryſta Czotyrydieſiatoho Czetwertoho Mieſiaca Julia Dnia Pietnaſtoho, Jndykta Diewiatoho.

Pieczęć przyciśniona W. X. Litt.

A. 1448. *Feria Quarta poſt Feſtum S. Barnabæ Apoſtoli Privilegium Sereniſſimi Caſimiri Regis Poloniæ, Magni Ducis Lithvaniæ ſuper liberum mercantiarum in Regno Poloniæ Civibus Vilnenſibus ſine ſolutione telonei exercitium, collatum.*

Caſimirus Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ Ruſſiæquè &c. Significamus tenore præſentium, quibus expedit Univerſis. Quomodo ex innata nobis clementia & affectu, quem ad Civitatem Noſtram Vilno & Cives ac coincolas gerimus, specialiter Ipſos Cives Vilnenſes tam Eccleſiæ Romanæ cultores, quàm etiam Ruthenos per totum Regnum noſtrum Poloniæ, à ſolutione telonei præſentibus eximimus & liberamus. Id circo vobis omnibus Palatinis, Caſtellanis, Capitaneis, Burgrabiis, Terrigenis, Conſulibus Civitatum, oppidorum, Communitatibus, earum Rectoribus, & vices ipſorum gerentibus, teloneatoribus, viarum cuſtodibus ac Areſtatoribus, cæteriſquè officialibus per prædictum Regnum noſtrum Poloniæ ubilibet conſtitutis, præſentibus requirendis mandamus diſtrictius præcipiendo, quatenus præfatos Cives Vilnenſes per totum Regnum Poloniæ ut præmittitur, ire, ſtare, morari, mercantias exercere, quotieſcunquè opportunum fuerit, libere & ſecurè, tam per aquam, quàm per terram abſquè exactione & solutione teloneorum omni impedimento remoto permittatur, & permitti faciatur præſentibus, ad noſtram voluntatem solummodo duraturis. Secus non

facturi gratiæ sub obtentu harum, quibus noſtrum Sigillum præſentibus eſt appoſitum Teſtimonio literarum. Datum Sandomiriæ. Feria quarta proxima poſt Feſtum S. Barnabæ Apoſtoli Glorioſi. Anno Domini Milleſimo Quadringeteſimo Quadrageſimo Octavo, ad relationem Magnifici Joannis de Koniecpole R. P. Cancellarii.

Sigillum appenſile Regni Poloniæ.

A. 1451. *Feria quinta poſt Feſtum S Franciſci proxima Privilegium Sereniſſimi Caſimiri Regis Poloniæ & Magni Ducis Lithvaniæ ſuper libertationem a Podwodis, Civibus Vilnenſibus Catholicis & Schiſmaticis Juris Magdeburienſis, collatum.*

Caſimirus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ Ruſſiæquè &c. Significamus tenore præſentium quibus expedit univerſis. Qualiter Civitati noſtræ Vilno & ejuſdem Incolis, tam Fidei Catholicæ Cultoribus quàm etiam Schiſmaticis, Jus teutonicum Magdeburienſe contulimus, in omnibus capitulis, clauſulis & articulis, quemadmodum in Regno Poloniæ, in aliis noſtris Civitatibus habeatur, obſervandum: nunc autem intelleximus, quomodo incolæ ejuſdem dictæ noſtræ Civitatis per Thivunos & Officiales Vilnenſes pro equis vectigalibus ſeu Podwodorum quos nunquam aliàs dare ſolebant, qui jure hujuſmodi ſunt potiti, nimium gravarentur, propter quod eadem Civitas noſtra in incolis ipſius minuitur & decreſcit, unde volendo dictam Civitatem circa jura ipſius conſervare & ut in Populo augeatur, creſcat, & amplificetur, ſalubriaquè tempore noſtri felicis regiminis ſuſcipiat incrementa, incolis ipſius talem libertatem præſentibus conferimus, quòd nuſquam equi ſubjugales & podwodorum exigi & recipi debeant ab eiſdem, mandantes diſtrictius omnibus & ſingulis Palatinis, Tivunis & Officialibus Vilnenſibus nunc & pro tempore exiſtentibus quatenus, prædictam noſtram Civitatem cum incolis ejuſdem, qui jure prædicto Magdeburienſi gaudent, atquè gaudebunt, circa noſtram præſentem donationem illæsè temporibus perpetuis obſervandum; Equos hujusmodi ſubjugales & Podwodorum amplius ab eis nullo modo exigatis, harum quibus Sigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum teſtimonio literarum. Datum in Parczow Feria quinta poſt Feſtum S. Franciſci proxima, Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo Quinquageſimo Primo. Dominus Rex per ſe.

Sigillum appenſile M. D. Litt.

A. 1492. *Feria Secunda in craſtino S. Catharinæ Privilegium Sereniſſimi Alexandri Magni Ducis Lithvaniæ, confirmationem anteriorum Privilegiorum in ſe continens, Civitati Vilnenſi collatum.*

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam quæ fiunt, cito ab humana memoria labuntur, niſi Literarum

&c ſi-

& sigillorum munimine fuerint roborata. Proinde Nos Alexander Dei Gratiâ Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Samogitiæquè Dominus & Hæres &c. Significamus tenore præsentium, quibus expedit universis & singulis, tam præsentibus quam futuris, harum notitiam habituris. Quomodo Famosi & Circumspecti, Advocatus, Magistri Civium, & Consules Civitatis nostræ Vilnensis, ad nostrum & Consiliariorum nostrorum conspectum, personaliter venientes monstrârunt, & obtulerunt quasdam literas pargamineas, signatas & munitas Sigillo Magni Ducatus Lithvaniæ, continentes Jura, Libertates, Privilegia & munimenta, Jus Teutonicum Magdeburiense & alias immunitates datas & concessas dictæ Civitati nostræ Vilnensi per Prædecessores nostros Magnos Duces Lithvaniæ, & singulariter ac novissimè per Serenissimum olim Dominum Casimirum Poloniæ Regem & Magnum Ducem Lithvaniæ &c. Patrem nostrum charissimum, Cui iure Hæreditario successimus: novis literis, quas hic volumus insertas esse, dicta iura omnia præfatæ Civitati Vilnensi, firmata & roborata. Supplicaveruntquè Nobis humiliter præfati Advocatus, Magistri Civium & Consules ex parte totius Communitatis, quatenus dignaremur ipsos remanere circa Jura ipsorum Literasquè quas desuper habent, novis literis nostris confirmaremus & ratificaremus. Quarum quidem literarum & Privilegii ipsorum verbum de verbo iste est. In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam, ne error oblivionis gestis sub tempore versantibus pariat in posterum detrimenta. Alta Principum consilia, decreverunt ea literarum apicibus & annotatione testium perennare. Proinde Nos Casimirus Dei Gratia Magnus Dux Lithvaniæ; Russiæ &c Significamus tenore præsentium, quibus expedit, universis, præsentibus & futuris, ad quorum notitiam deducetur præsens Pagina, quomodo cupientes Civitati nostræ Vilno, & incolis in ea habitantibus, conditionem facere meliorem, ut tempore nostræ felicis gubernationis, nostris munificentiæ donis suffulti, & præsidiis adiuti, in multitudine Populi valeant salubria suscipere incrementa, præfatæ Civitati nostræ, ac omnibus & singulis & incolis ipsam inhabitantibus, præsentibus & futuris jus teutonicum quod Magdeburiense dicitur, denuo damus, donamus, conferimus, inscribimus & largimur, ibidem perpetuo duraturum tam Fidei Catholicæ cultoribus quam etiam Ruthenis, in omnibus conditionibus, clausulis, sententiis, punctis & articulis obtinendum: prout Civitas Cracoviensis ipsum jus teutonicum Magdeburiense dignoscitur obtinere. Removentes ibidem alia omnia iura Polonicalia Lithvanica, Ruthenicalia, modos & consvetudines universas, quæ ipsum Ius Teuthonicum Magdeburiense plerumquè consveverunt perturbare. Eximimus etiam, absolvimus & perpetuo liberamus omnes & singulos Cives & incolas ejusdem Civitatis nostræ Vil-

nensis Catholicos & Ruthenos, ab omni jurisdictione & potestate omnium Terræ nostræ Lithvaniæ Palatinorum, Judicum & quorumvis aliorum Officialium nostrorum, ita: quod coram ipsis aut eorum aliquo, pro causis tam magnis quam parvis, puta: furti, sanguinis, homicidij, incendii & membrorum mutilationis, ac quibuslibet aliis enormibus excessibus evocati & citati minime respondere tenebuntur, sed tantum Cives & incolæ prædictæ Civitatis coram eorum Advocato, qui pro tempore fuerit; Advocatus vero coram Nobis, dum tamen per Literam sigillo nostro signatam evocatus fuerit & citatus; tunc non aliter quam eorum Jure Teutonico ad objecta respondere tenebitur. In causis vero capitalibus & criminalibus superius expressis Eidem Advocato judicandi, sententiandi, puniendi, corrigendi, rotandi, plectendi & condemnandi, damus & conferimus plenam & omnimodam potestatem; prout hoc ipsum ius teutonicum Magdeburiense in omnibus suis punctis, clausulis, sententiis, conditionibus & articulis postulat & requirit. Damus etiam denuo conferimus & largimur, prænominatæ nostræ Civitati pensam, seu trutinam, in qua videlicet Cera & aliæ res mercimoniales cujuscunquè generis seu speciei existant; solent ponderari, & Rasoria Panni, quæ plurima in ipsa Civitate fieri poterint, ac depositionem seu propinationem cerevisiæ, medonis aut vini, quæ in vulgari *Szrotarstwo* nuncupatur, cum ipsarum utilitatibus & proventibus, quos, cives nostri prænominati in usum & meliorationem nostræ Civitatis Vilnensis prædictæ, convertendi plenam & omnimodam habeant facultatem Volendo etiam, quod dicti Cives nostri Vilnenses, censum tabernarum singulis annis Nobis & nostris successoribus solvere debeant, prout prius ex antiquo eumdem consveti sunt solvere & soliti. Præterea pro majori melioratione & augmento, eidem Civitati nostræ Vilnensi, civibus & incolis ipsius, damus omnia macella quæ nunc sunt, & plura esse possunt meliori provisione mediante, cum omnibus utilitatibus & proventibus eorundem. Insuper pro meliori utililtate dictæ nostræ Civitatis damus & assignamus & perpetuo largimur ipsis Civibus & incolis Campum nostrum a Civitate ipsa, usquè ad fluvium Vilia ab una, & a *Czartowa Góra* usquè ad *Łukiszki*, partibus, ex altera situatum. Cæterum concedimus sæpè fatis Civibus & incolis per totum Magnum Ducatum nostrum Lithvaniæ & Russiæ in omnibus Castris & Civitatibus, videlicet Troki, Połocko, Witebsko, Smoleńsko, Kijow, Szytomierz, Słucko, Mińsko, Nowogrodek, Łucko, Brzeście, Drohiczyn, Grodno, Kowno, aliisquè omnibus Castris, Civitatibus & foris liberam facultatem emendi & vendendi per unam Mnam unum Talentum, unam pellem sabellinam, Mardurinam, castorinam variorum cujuscunquè generis aut speciei existant, de omnibus mercantiis quibuscunquè nominibus generalibus & specialibus possint & va-

leant

leant nominari. Item damus & concedimus prædictis Civibus & incolis in Vilno, liberam poteſtatem bis in quolibet anno annale Forum & Nundinas tenendi, videlicet à Feſto Epiphaniæ uſquè ad octavas, & in Feſto Aſſumptionis B. M. V. Glorioſæ etiam uſquè ad octavas Ejuſdem, vice altera perpetuis temporibus duraturum. In quorum omnium Teſtimonium & evidentiam certiorem noſtrum Sigillum eſt præſentibus subappenſum. Datum in Breſti Feria Sexta poſt Dominicam Judica. Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo Quadrageſimo Primo. Præſentibus Præclaris Principibus, & Magnificis, Strenuis & Nobilibus Dominis Hleb Dowgirdowicz & Georgio Siemionowicz Dawgird Vilnenſibus, & Jwaſzko Gaſztoldt Trocenſi Palatinis, Petraſtio Montygierdowicz Terræ Lithvaniæ Mareſchalco, aliiſquè quam pluribus Teſtibus fide dignis. Nos vero viſis & auditis iſtis Literis Ipſorum hic inſcriptis, habitaquè super hoc matura deliberatione cum noſtris Conſiliariis, tandem humilibus precibus Eorundem benigniter acclinati, de noſtra Gratia dictas Literas, Jura, Privilegia & libertates prædictæ Civitatis noſtræ Vilnenſis & incolarum ipſius, omnesquè immunitates per noſtros Prædeceſsores Magnos Duces Lithvaniæ Eidem datas & conceſſas; duximus acceptandi, approbandi, ratificandi, acceptamusquè, approbamus, ratificamus, roboramus perpetuo & in ævum tenore præſentium mediante. Præterea volendo dictæ Civitati noſtræ Vilnenſi conditionem & ſtatum facere meliorem, damus eidem & concedimus habere publicum celarium Civitatis, & depoſitionem ac propinationem Malmatui & omnis vini cujuscunquè generis Patriæ ſeu Regionis exiſtat, & quocunquè nomine appelletur, etiam vinum sublimatum. Damus insuper Eidem Civitati propinationem humuli venditionemque ejuſdem ad menſuram sub pretorio vel extra, aut ubi senioribus Civitatis oportunius viſum fuerit. Ideo ſtatuimus & inhibemus omnibus tam Hospitibus quàm etiam Domesticis Civibus, & generaliter aliis omnibus cujuscunquè conditionis, vel sub quacunquè manu vel poteſtate fuerint, ut modo nullus in Domo vel extra Domum, nequè vinum propinare audeat, nec humulum ad menſuram vendere in præjudicium Jurium Civitatis. Damus item eidem Civitati pro ipſius melioratione, publicam expræſſuram Ceræ in vulgari *Zaboynica*, & propterea omnes alias expræſſuras, quæ hucusquè privatim habitæ sunt, deſtruimus, caſsamus, & extinguimus; solum excepta expræſsura noſtra, & Epiſcopi, & Palatini Vilnenſium pro tempore exiſtentium, quibus pro exprimenda propria Cera in ipſorum curijs iſtud admittimus habere. Cum his itaquè quæ modo Civitati noſtræ Vilnenſi dedimus, alia omnia Jura, Literas, Libertates, Privilegia & Statuta, quæcunquè per noſtros Prædeceſsores eidem sunt data, & conceſſa, de noſtra Gratia & munificentia

D decre-

decrevimus denuo dandi, donandi, inſcribendi, ratificandi, damusquè, donamus & largimur, perpetuis temporibus duraturum: in cujus rei Teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus Literis eſt appensum. Actum & datum in Troki. Feria secunda in craſtino S. Catharinæ V. & M. An: Dni Milleſimo Quadringenteſimo nonageſimo secundo. Præſentibus ibidem Reverendo in Chriſto Patre, Domino Alberto Epiſcopo Vilnenſi, Magnificis & Generoſis, Nicolao Vilnenſi Palatino & Cancellario M. D. L. Petro Janowicz Palatino Trocenſi & Mareſchalco Generali Terræ Lithvaniæ, Joanne Zabrzeziński Caſtellaneo Trocenſi & Tenutario in Polocko, Stanislao Janowicz Capitaneo Samogitienſi, Stanislao Goſtiewicz Tenutario in Cauno, Georgio Zienowicz Tenutario in Braſlaw, Stanislao Jwaſzkowicz, Joanne Littawor Chreptowicz, Alberto Kuczuk Georgio Oſtikowicz Tenutariis & Mareſchalcis noſtris, Pethkone, Secretario & aliis quam pluribus Curienſibus noſtris Teſtibus circa præmiſsa. Datum per Honorabilem Adam Jakubowicz de Kothra Notarium in Cancellaria, Relatio Magnifici Nicolai Radiwillowicz Palatini Vilnenſis & Magni Ducatus Lithvaniæ Cancellarij.

Sigillum appenſile M. D. L.

A. 1492. Feria Secunda in Craſtino S. Catharinæ, Privilegium Ejuſdem Sereniſſimi Alexandri Magni Ducis Lithvaniæ super libertationem a Podwodis Civitati Vilnenſi collatum.

ALexander DEI Gratia Magnus Dux Lithvaniæ, Ruſſiæ, Samogitiæquæ Dominus & Hæres &c. Significamus tenore præſentium quibus expedit univerſis; qualiter Civitati Noſtræ Vilno & incolis ejuſdem, tam fidei Catholicæ cultoribus quam etiam Ruthenis juxta conceſſiones Prædeceſsorum noſtrorum, jus teutonicum Magdeburienſe, cum omnibus capitulis, clauſulis articulis dedimus & contulimus, volendo quoque ipſam Civitatem & incolas ejuſdem, circa jura ipſorum conſervare: ut & in Populo creſcat & augmentetur, salubriaque tempore felicis noſtræ gubernationis suſcipiat incrementa: Civibus & incolis ejuſdem, qui ſunt sub jure Magdeburienſi, talem libertatem præſentibus conferimus, quòd nuſquam Equi subjugales & Podwodorum exigi & recipi debeant ab eiſdem. Mandantes diſtrictius omnibus & ſingulis Palatinis, Tivunis & Officialibus Vilnenſibus nunc, & pro tempore exiſtentibus, quatenus prædictam noſtram Civitatem cum incolis ejuſdem, qui jure prædicto Magdeburienſi gaudent, atquè gaudebunt, circa noſtram præsentem donationem, illæsè temporibus perpetuis obſervando: equos hujusmodi subjugales & podwodorum ab eis nullatenus exigatis. Harum, quibus ſigillum noſtrum eſt ſubappenſum teſtimonio literarum. Datum in Troki. Feria secunda in craſtino S. Catharinæ Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo

No-

Nonagesimo secundo, Præsentibus ibidem Reverendo in Christo Patre Domino Alberto Episcopo Vilnensi, Magnificisque & Generosis Nicolao Radiwiłłowicz Palatino Vilnensi & M. D. Lit: Cancellario, Petro Janowicz Palatino Trocensi, Terræque Lithvaniæ Mareschalco Generali, Joanne Zabrzezińſki Castelaneo Trocensi, Stanislao Janowicz Capitaneo nostro Samogitiensi, Stanislao Gostiewicz Tenutario Caunensi, Joanne Littavor Chreptowicz, Stanislao Iwaszkowicz, Stanislao Petraszkowicz, Gregorio Ostikowicz, Alberto Kaczuk Tenutariis & Mareschalcis nostris, Petkone Secretario, & aliis quàm plurimis Curiensibus nostris Testibus circa præmissa. Datum per manus Honorabilis Adami Jakubowicz de Kothra Notarij in Cancellaria, Relatio Magnifici Nicolai Radiwillowicz Palatini Vilnensis & M. D. Litt: Cancellarij.

Sigillum appensile M. D. Litt:

A. 1492. *Feria Quarta ante Festum S. Andreæ Apostoli Privilegium ejusdem Serenissimi Alexandri Magni Ducis Lithvaniæ, super libertationem à Telonio, defluitationem Navium cum mercibus per fluvium Vilia sine exactione gabelli in obstaculis aliàs Jazy dictis, & concessionem utriusque littoris ejusdem fluvij ad ducendas Naves, Civitati Vilnensi collatum.*

ALexander DEI Gratia Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Samogitiæque, Dominus & Hæres &c. Significamus tenore præsentium quibus expedit: Universis. Quomodo attentis fidelibus servitijs nobis per Cives nostros Vilnenses exhibitis: volendoque eosdem ad hujusmodi & majora, in posterum reddere paratiores, omnibus ipsis tam Catholicæ fidei cultoribus, quàm Ruthenis, jure tamen Magdeburiensi gaudentibus, concessimus & dedimus, præsentibusque concedimus, ac damus hanc libertatem; quód per totum nostrum Magnum Ducatum Lithvaniæ Russiæ & Samogitiæ nullum teloneum à quibuscunque mercantijs dare & solvere tenebuntur: sed ratione dicti telonei juxta libertatem & consvetudinem antiquam perpetuo permanebunt, secundùm quam consvetudinem a nostris Prædecessoribus, & signanter à Serenissimis Principibus videlicet Olgierdo olim Magno Duce Lithvaniæ & Domino, Rege Ladislao Avo nostro, & novissimè a Domino Rege Casimiro Magno Duce Litt: &c. Patre nostro, sunt habiti & conservati. Id circo vobis Principibus, Castellanis, Palatinis, Capitaneis, Tenutariis, Terrigenis, Telonatoribus, Pontium, Navigiorum & viarum Custodibus, cæterisque Officialibus & vicesgerentibus singulis pro tempore existentibus, præsentibus requirendis, mandamus nostris firmis in mandatis: quatenus à præfatis Civibus Vilnensibus quocunque per vestras Tenutas aut per vestra propria bona hæreditaria, ipsis ire contigerit; nullum te-

 lo-

loneum à quibuscunque ipsorum mercantiis exigatis, nec exigere præsumatis, & quód nullo modo auderetis mercantias ipsorum nec arestare, nec sigillare, neque aliqua enxenia & munera in viis ac teloniis super terra & super aqua ab eisdem exigere ac expostulare, ipsos juxta antiquam consvetudinem conservando. Damus item & perpetuo juxta Prædecessorum nostrorum donationem largimur præfatæ Civitati nostræ Vilnensi & incolis ipsius jure teutonico Magdeburiensi gaudentibus, securam & liberam viam super fluvio Vilia de Vilno usque ad Cauno eundi & vice versa redeundi in Navibus onerariis qualibuscunque in ipso fluvio navigari potest, cum omnibus rebus & mercantijs cujuscunque generis existant, absque ulla solutione telonei & gabelli in obstaculis aliàs *na Jazach* quæcunque nunc sunt; vel postea denuo construi poterunt: etiamsi sunt talia obstacula, nostra, aut aliorum Spiritualium vel Sæcularium Nostri Magni D. Litt: & pro felici transitu & navigatione damus & concedimus eis perpetuo super eodem fluvio Vilia utramque Ripam incipiendo a Vilno usque ad Cauno ad trahendas & ducendas Naves tam lato, quanto opus fuerit spatio Naves trahentibus. Atque ideo vobis Tenutariis, Officialibus, Portuum & obstaculorum Custodibus, alijsque omnibus circa Littora Viliæ Fluvii commorantibus, Mandamus firmiter præcipiendo, ut nullus præsumat a præfatis Civibus nostris, dum sicut præmittitur, cum suis mercantiis navigabunt, ratione obstaculorum aut aliqua alia occasione circa littora aliquod pretium aut solutionem telonei, aut aliqua munera ab eisdem exigere aut postulare. Volumus igitur ut omnia obstacula ipsis aperiantur & littora pateant, sintque libera, harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio Literarum. Datum in Troki Feria Quarta ante Festum S. Andreæ Apostoli Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo secundo. Præsentibus ibidem Reverendo in Christo Patre Domino Alberto Episcopo Vilnensi, Magnificisque & Generosis Nicolao Radiwiłłowicz Palatino Vilnensi, & Cancellario Magni Ducatus Nostri, Petro Janowicz Palatino Trocensi & Mareschalco terrestri, Joanne Zabrzeziński Castellano Trocensi & Tenutario in Połocko, Stanislao Janowicz Capitaneo nostro Samogitiensi, Stanislao Gostiewicz in Cauno, Joanne Littavor in Słonim, Stanislao Pietraszkowicz in Lida Tenutarijs & Mareschalcis nostris, cæterisque Generosis & Nobilibus Curiensibus nostris, pluribusque aliis Testibus circa præmissa. Datum per Honorabilem Adam Jakubowicz de Cothra Notarium in Cancellaria, relatio Magnifici Nicolai Palatini Vilnensis nec non Magni Ducatus Lithvaniæ Cancellarij.

Sigillum appensile M. D. Litt.

Ru 1496. *Dnia* 23. *Septembra. Przywiley Xcia Jmci Zygmunta na wolność bez-mytną, Miastu Wileńskiemu dany.*

My

MY Weliki Kniaź Zygimont dajem wiedomo wſiakomu doſtojeńſtwu ſieiu Hramatoiu. Pożałowaliieśmo Wileńſkich Mieſtyczow Lachow i Ruſkoy ſtorony im myta niedawati po wſiey naſzoy ziemli, kak i z dawna nie dawali, i odpuſtiliieśmo im wſie Myta wieczno. A pro tož ſztobyieſtie na wſich Wileńſkich Mieſtyczoch myta nie imali, ani kotorych poſzlin torhowych w Łucku, Kijowie i po Podolſkoy Ziemli u Smoleńſku i w Bereſti i w Nowohorodku, w Mińſku, w Koronie i po innym pak Mieſtom, po Rekam, i po Moſtam, po Stawom, hdelikolwiek budut myta. A na to daliieśmo im ſiuiu Naſzoju Hramatu z Naſzoju Pieczatiu, a ſztoby naſzoje hramaty nichto nieobſłuſzał ſia. A piſan w Trocech w Let Sześć Tyſiacznoje Diewietſatnoie Czotyrydieſiat Pierwoje, Indikta iedenaſtoho. Sentiabria 23. —

Pieczęć przywieſiſta W. X. Litt.

A. 1502. Feria Quinta Feſti Sanctorum Fabiani & Sebeſtiani Martyrum, Privilegium Sereniſſimi Alexandri Regis Poloniæ & M. D. Litt: Civitati Vilnenſi ſuper libertatem a telonio per Regnum Poloniæ, collatum.

ALexander Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ Ruſſiæque, Dominus & Hæres. Significamus tenore præſentium quibus expedit univerſis, quomodo ex innata Nobis clementia & ſpeciali affectu, quem ad Civitatem noſtram Vilnenſem ac Cives & incolas illius gerimus, præſertim attendentes Civium illorum in nos fidem, benevolentiam & obſequiorum promptitudinem, quibus ſe nobis omni tempore commendatos curarunt efficere, horum aliorumque ſervitiorum, nobis per eos in futurum fideliter exhibendorum, ob reſpectum volentes eos prærogativarum noſtrarum gratiis proſequi Regiis; ipſos & quemlibet ipſorum nunc & in futurum in eadem Civitate noſtra exiſtentes, Cives, Mercatores Negotiatoresque Vilnenſes, tam Romanæ Eccleſiæ Cultores, quam etiam Ruthenos per totum Regnum Noſtrum Poloniæ, a ſolutione telonei, præſentibus eximimus & liberamus. Idcirco vobis Magnificis, Generoſis, Nobilibus, Famoſis, circumſpectis Palatinis, Caſtellanis, Capitaneis, Burgrabiis, Terrigenis, Conſulibus, Civitatum oppidorum communitatibus, eorum Factoribus, & vices ipſorum gerentibus, Teloneatoribus, viarum Cuſtodibus & Areſtatoribus, cæteriſque Officialibus per prædictum Regnum noſtrum Poloniæ ubilibet conſtitutis, præſentibus requirendis, Mandamus diſtrictius præcipientes: quatenus præfatos Cives Vilnenſes per totum Regnum Poloniæ, ut præmittitur ire, ſtare, morari, mercantias exercere, quotieſcunque opportunum fuerit libere & ſecurè, tam per aquam quàm per terram abſque exactione & ſolutione teloneorum noſtrorum, omni impe-

E dimen-

dimento remoto permittatis & permitti faciatis; præsentibus ad nostram voluntatem, tantummodo duraturis, secus non facturi gratiæ nostræ sub obtentu, harum, quibus sigillum nostrum est subappensum, testimonio Literarum. Datt. Cracoviæ Feria Quinta Festi Ss. Fabiani & Sebestiani Martyrum Anno Nativitatis Domini Millesimo Quingentesimo secundo, Regni vero Nostri primo. Sigillum Appensile Regni Poloniæ, Creslaus Episcopus & Regni Poloniæ Cancellarius, relatio Reverendi Patris Domini Creslai Episcopi Vladislaviensis, Regni Poloniæ Cancellarii.

Ru 1503. Dnia 10. Marca. Przywiley Króla Jmci Alexandra na Dom Gościnny, aby w nim Kupcy Moskiewscy i inni Cudzoziemcy, a niegdzie indzie stawali, Miastu Wileńskiemu nadany.

ALexander Bożiu Miłostiu Korol Polski, Wieliki Kniaź Litowski Ruski, Kniaź Pruski, Zemoytski i innych. Bili Nam czołom Woyt Miesta Wileńskoho, Burmistry i Raycy, i wsi Mieszczanie, i powiedieli pered Nami szto kotoryie koli Hosti Kupcy Moskwiczy, Nowohorodcy, Pleskowiczy, Twericy i z inszych Zieml Kupcy Cudzoziemcy pryieżdżajut z Towary swoimi do Miesta Wileńskoho i stanowiatsia w Miestie po Domam hdie kotoryie chotiat, nikomusia nieokazywajuczy, ani obweszczajuczysia i torhujut z Niemcy i z inszymi Kupcy Cudzoziemcy, Host z Hostiem, i torhowawszy tak w Miestie i ni kolko dń, albo niedel zmieszkawszy i zasia z Miesta też bez wiedoma wyieżdżaiut, a mieży takowymi Kupcy Cudzoziemcy druhdy mohut bytii Łazuki, albo kotoryie inszyie lichyi Ludi, i bili Nam czołom, abychma dozwolili im w Miestie Dom hostinny zbudowat k-ich mieyskomu użytku, hdeby mieli Kupcy Cudzoziemcy pryieżdżaiuczy stanowitysia i My na ich czołom bitie to uczynili i dozwolili im odin Dom hostinny w Miestie naszom Wileńskom zbudowati k-ich użytku mieskomu; majut każdyie Kupcy Hostie Moskwiczy, Nowohorodcy, Pleskowicy, Twerycy i z inszych Zieml Kupcy Cudzoziemcy pryieżdżajuczy z Towary swoimi do Miesta Naszoho Wileńskoho, i nayperwiey obwestywszysia Namiestniku Pana Wojewody Horodowomu stanowitysia w tom odnom Domu ich Hostinnym, szto oni zbuduiut, a po innym Domom w Miestie niepoczyim niemaiutsia stanowiti. I na tojeśmo im dali siey Nasz List, a na twierdost toho i Pieczat Naszu kazaliieśmo pryłożyt k-tomu Naszomu Listu. Pisan w Beresti Let ot stworenia Swieta Siedm Tysiaczy Trynaccat, Miesiaca Marca Dnia Diesiatoho, Jndikta Siomoho.

Pieczęć przyciśniona W. X. Litt:

Ru

Ru 1505. *Dnia* 6. *Septembra. Przywiley Krola Jmci Alexandra ktorym Miasto Wileńskie od służby woienney uwalnia*, eâ conditione, *aby się obmurowało, albo oparkaniło, i niepozwala więcey mieć Brom tylko Pięć; tamże ordynuie, aby każdy ktokolwiek na Targ do Wilna zboże, drwa, i inne rzeczy poprowadzi, od wozu po pieniądzu, a kto niechce dadź pieniądza, po kamieniu przywoził.*

ALexander Bożiu Miłostiu Korol Polski, Wieliki Kniaź Litowski Ruski, Kniaź Pruski, Zemoytski i innych, Czynim znamienito sim naszym Listom chto na neho posmotrit, albo cztuczy jeho usłyszyt, Ninieśznym i potom buduczym komu budiet potreba toho wiedati. Bili Nam czołom Woyt, Burmistry i Raycy, i wsie Mieszczanie Miesta Wileńskoho otom, sztoieśmo tymi razy kazali im poyti na służbu naszu zo wsimi Kniazi i Pany i ze wsieiu Ziemlu Państwa naszoho Wileńskoho, Kniastwa Litowskoho, i oni bili Nam czołom, szto toie Miesto Wileńskoie niezatworennoie, i iesliby na służbu naszu poiechali, tohdy, czeho Boże uchoway, sztoby tomu Miestu naszomu kakoje szkody od Pohaństwa nie było: ino dla toho abychma ich z toie służby naszoie wyzwolili, i kazali im około Miesta budowatisia chto murom totby swoiu delnicu zamurował: a chto na tot czas nemożet zamurowati delnicy swoiey, tot by Parkanom parkanił, i nowidałosia Nam i Panom Radie naszoy taja recz słusznaja, iż toie Miesto Stołecznoje wsim Miestom Otczyzny naszoie w Wielikim Kniaztwie Litowskim buduczy Hołowa, a jeśliby, Boże uchoway, kotoraia nałoha była od Niepryiatieley naszych na toie Państwo naszoie Wielikoie Kniaztwo Litowskoie, a toie Miesto dla takowoie nieopatrennosti miełoby zhinut: dozwoliliesmo im około Miesta budowatisia, kożdy swoiu delnicu chto możet murom tot niechay muruiet, a innyie niechay porkanom parkaniat, i wieleliieśmo Wojewodie Wileńskomu Kancleru Naszomu Panu Mikołaju Radiwiłłowiczu około Miesta obiechati, i im rozkazati, kudy maiut budowatisia około toho miesta i po kotoromu mieyscu Pan Wojewoda Im rozkażet budowatisia, a czyie Domy prychodiatsia po tomu mieyscu, kudy maiet mur wiedien byti Kniazia czyli albo Pańſki i Bojarſki, Tyie wsie Domy wieleliieśmo im z Miesta, bo podobniey odnomu Człowieku szkodie podniati niżli wsiemu Miestu zhinut z służby naszoie, cześmy sieho Hodu wyzwolili, że sieho hodu nienadobie im na woynu poyti, ani w swoje miesto koho wyprawlati, albo słati, chotiaby wsi Kniazi i Panowie i wsia ziemla na służbu naszu poszli, a oni maiut swoieho dieła dodieływati i tot Parkan, perekopy zaprawlati, też toho Hodu i innych służb i popłatkow nienadobie im na Nas służyti, ni dawati poczowszy od Swietoho Michayły Dnia, do Swietoho Michayła aż dnia, kromia serepszczyzny. A kotoryie

 Knia-

Kniazi, Panowie i Ziemianie i Kanonicy i innyie Kostielnoho Uradu Ludię tak Zakonu Rymskoho a Hreczeskoho chotieliby Domy mieti w Muru w stienie, tohdy maiet kożdy z nich swoiu dielnicu stieny zamurowati, albo zaparkaniti, a jeśliby nie chotieli: tohdy kazaliiesmo Panu Wojewodie Wileńskomu w ich Domy i mieszczan uwiazywati, a im odmenu za Miestom dawati, a Mieszczanin kotory tot Dom wozmiet, tot i delnicu ieho zamuruiet. Toż howoryli Nam Mieszczanie, aby dla pewnieyszoje storoży i bezpeczeństwa od Niepryatieli niemnoho Fortek było, niżli tolko dozwolilibyieśmo im Piat Brom zmurowati, i My wyrozumiewszy szto to slusznaja recz, prykazaliieśmo im ulicy bezlepiennyie stienoju zamurowati, a Piat Brom tolko sprawiti, w kotorych maiet byti storoża zawżdy Deń i Nocz. Pierwaja Broma za Pana Starostinnym Dworom k-Wiliiey. Druhaja podle Matki Bożoie k-Trokam. Tretia podle światoy Troycę. Czetwiertaia podle Swietoho Spasa, a Piataja w Horod, a czerez tot Brom bolez toho niedozwoliliieśmo im dati, a tuju łasku Mieszczanom wdiełaliieśmo dla toho, szto onę zlubili nam toje Miesto naszoje sieho Hodu oparkaniti i perekopy wykinuti, a potom wżo kożdy z nich swoiu delnicu murom zabuduiet. Też w tych Brom kotoryie tam sprawiati budet potreba storoży deń i nocz. I My pomyśliwszy o tom z Pany Radami Naszymi prykazaliieśmo Woytu i Mieszczanom, aby tam w każdoje Bromie Storożow mieli bez prestan deń i nocz, a za szto majet taja Storożia sprawlenna byti, i My uradili im tak, koli kotoryie Ludie czyikolwiek budut; powiezut do Miesta Pszenicu, Hreczku, Owies, Muku i innyie reczy strawnyie, sztokolwiek budiet, i drowa i sieno, z tych zo wsich wieleliieśmo im z każdoho woza po pieniażiu brati, i za to storożiu w tych Brom mieti, a ieśli kotoryie Ludię niewschotiat pieniaży dawati, tyie niechay po kamieniu wiezut do Miesta, po takomu; kakby mohł Mołodec tot kamień uziati, i poniesti, a toieśmy im dozwolili na dwa hody i z tych wozow po pieniężu albo po kamieniu brati, a koli dwa hody wyidut, a porozumiejem szto ziemli nieszkoda, a Mieszczanieby pilnosti ku budowaniu pryłożyli; My i na daley możem to im dopustiti. A na twerdost toho, i Pieczat naszu kazaliieśmo prywiesiti k-siemu naszomu Listu. Pisan w Horodnie Let od sotworenia swieta siem tysiaczy Dwanaccatoho, Miesiaca Septembra Szostoho Dnia, Jndykta Siomaho.

Pieczęć przywiesista W. X. Litt:

A. 1506. *Feria Quarta in Festo S. Catharinæ Virginis & Martyris Privilegium Serenissimi Sigismundi M. D. Litt: super confirmationem omnium Jurium, Privilegiorum & libertatum, Civitati Vilnensi collatum.*

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam Quoni-

niam dignum eſt, ut cunctas humanas actiones, quæ cum lapſu temporis conſveverunt defluere, & oblivioni ſubeſſe, conſtans apex roboret Literarum & fides Teſtium iugiter confirmet. Proinde Nos Sigismundus Dei Gratia Magnus Dux Lithvaniæ, Ruſſiæ Samogitiæ Dominus & Hæres, ſignificamus tenore præſentium univerſis quibus expedit; præſentibus & futuris horum notitiam habituris. Quomodo in noſtra Conſiliariorum noſtrorum præſentia conſtituti perſonaliter, Providi Advocatus, Magiſtri Civium & Conſules Civitatis noſtræ Vilnenſis, ſuo, totiuſque Communitatis nominibus exhibuerunt coram nobis certa Privilegia in Pergameno ſcripta, titulo & Sigillo Sereniſſimi Principis & Domini Domini Alexandri Magni Ducis Lithvaniæ Ruſſiæ &c. Germani noſtri Chariſſimi conſignata donationem iuris teutonici Magdeburienſis, ac jura, libertates, immunitates & exemptiones a ſolutione teloneorum aliaſque donationes, conceſſiones & prærogativas in ſe continentia, dictæ Civitati noſtræ Vilnenſi ac ipſius Civibus & incolis per Prædeceſſores Noſtros Magnos Duces Lithvaniæ, ac per Sereniſſimos Principes Dominos, Caſimirum Genitorem noſtrum Chariſſimum data & datas, & noviſſimè per felicis memoriæ Alexandrum, Reges, immediate Anteceſſorem Germanum noſtrum, cui jure hæreditario Dei Optimi favente clementia in Magnum Ducatum Lithvaniæ ſucceſſimus; confirmata & confirmatas, ac conceſſa & conceſſas, supplicaveruntque Nobis humiliter, dicti Advocatus, Magiſtri Civium & Conſules pro parte ſua, & totius Communitatis Civitatis noſtræ Vilnenſis præfatæ, Quatenus Jura eorum, Donationes, libertates, immunitates, Privilegiaque prædicta, & alias Literas quas desuper habent, novis noſtri Privilegii Literis approbare, ratificare, roborare & confirmare dignaremur. Nos itaque attendentes fidem & Conſtantiam præfatorum civium noſtrorum Vilnenſium, quam erga Nos & Anteceſſores noſtros semper habuerunt: quorum præterea petitioni tanquam juſtæ, & rationi conſonæ annuentes, Ipſis de certa ſcientia, deliberatione ac de Gratia & munificentia noſtris speciali, dequè Conſilio Conſiliariorum noſtrorum, eadem ipſa Jura, donationes, libertates, immunitates, conceſſiones, indulta, Literas, Privilegia & alia munimenta, quæ & quas à ſereniſſimis Principibus Dominis Alexandro Fratre Caſimiro Patre Ladislao, Vitoldo & aliis Principibus veris & legitimis Hæredibus Magni Ducatus Lithvaniæ, Prædeceſſoribus noſtris, super quibuscunque Bonis, libertatibusque habere dignoscuntur & habent, sub quibuſcunque caracteribus data, juſte & legitime emanata & conceſſa, ac emanatas & conceſſas, quorum quarumquè tenores proinde eſſe ac valere volumus tanquam his noſtris de verbo ad verbum inſerta inſertæquè eſſent Literis omnibus eorum earumque tenoribus, paſſibus, capitulis, conditionibus, clauſulis & articulis, duximus confirmanda, approbanda, rati-

tificanda, & roboranda, confirmandaſquè, ratificandas, approbandas & prout confirmamus, approbamus, ratificamus & roboramus, decernentes ea & eas, vim & robur perpetuæ firmitatis obtinere, tenore præſentium mediante in ævum. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus eſt subappenſum. Actum & datum in Grodno. Feria Quarta in Feſto S. Catharinæ Virg: & Martyr: Glorioſæ. Anno Domini Milleſimo Quingenteſimo Sexto. Præſentibus ibidem Reverendo in Chriſto Patre, Magnificis, Generoſis & Nobilibus Alberto Epiſcopo Vilnenſi, Nicolao Radiwiłłowicz Palatino Trocenſi, Joanne Juriewicz Zabrzezińſki Mareſchalco Generali Magni Ducatus noſtri Lithvaniæ & Capitaneo Grodnenſi, Staniſlao Janowicz Caſtellano Trocenſi & Capitaneo Terræ Samogitiæ, Duce Iwan Lwowicz Hlińſki Palatino Kiiovienſi, Staniſlao Hlebowicz Palatino Polocenſi, Duce Michàéle Lwowicz Hlińſki Tenutario Uthanenſi, Georgio Bylinicz & Joanne Sapieha Secretario Mareſchalcis noſtris, Nicolao Georgio Pacewicz, Butrym Niemirowicz, Joanne Jakubowicz Szczytowicz, Georgio Zawiſzyc & Simone Kibortowicz aliisque quam plurimis Conſiliariis & Curienſibus ſincere & fideliter noſtris Dilectis. Teſtibus circa præmiſſa, per Manus venerabilis Nicolai de Zukowo Præpoſiti Szrelenſis & Canonici Vilnenſis, Secretarij Noſtri, qui præſentia a Nobis habuit in Commiſſis.

Locus Sigilli M. D. Litt.

A. 1511. *In craſtino Feſti S. Margarithæ, Privilegium Sereniſſimi Sigiſmundi I. Regis Poloniæ Mercatoribus Vilnenſibus cum interdictione, ne Hoſpes cum Hoſpite Vilnæ, mercantias, exceptis nundinis exerceat; collatum.*

Sigiſmundus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ Samogitiæquè Dominus & Hæres. Significamus tenore præſentium, quibus expedit univerſis præſentibus & futuris Harum notitiam habituris. Quomodo Famoſi, Advocatus, Præconſules, Conſules & Mercatores Civitatis Noſtræ Vilnenſis, venientes huc ad noſtræ Majeſtatis præſentiam, humiliter ſupplicaverunt Nobis; quatenus eos in libertate foriſandi in eadem Civitate Vilnenſi ab antiquo tempore Ducis olim Caſimiri Regis Genitoris noſtri ac aliorum Prædeceſſorum noſtrorum ſervari ſolita, conſervare dignaremur; ſic videlicet: ut nemo alius Hoſpes undecunque exiſtens, aut de quibuscunque aliis Civitatibus, oppidis & Caſtris quocunque nomine nuncupatis Magni Ducatus noſtri Lithvaniæ, & aliunde Vilnam veniens; cum Hoſpitibus & Advenis Mercatoribus foriſare, mercesque exercere ibidem Vilnæ audeat, nec debeat, duntaxat cum eiſdem ſolis Civibus & Mercatoribus Vilnenſibus. Itaque nos petitionibus eorumdem Civium

&

& Mercatorum Vilnensium tamquam justis & consentaneis permoti: de certa scientia & gratia nostris conservavimus & conservamus eos, in ejusmodi libertate forisandi, sic quod ipsi soli Cives Vilnenses, jus Civitatis Vilnensis habentes cum omnibus & singulis Hospitibus forisare debent, & non alii Hospites seu adversæ cujuscunque Sectæ & Fidei cum Hospitibus undecunque Vilnam cum mercibus sese conferentibus, sub pæna amissionis omnium bonorum seu mercium suarum, excepto quod Nos aliquando constituerimus in eadem Civitate Nundinas & fora annualia, in quibus licebit Advenis & Hospitibus Mercatoribus cum aliis Hospitibus forisare & mercari, sic quod non alio tempore: qua in libertate volumus & decernimus eos conservari perpetuo, & super id, præsentes Literas nostras dedimus, quibus in majorem fidem Sigillum nostrum subappendi jussimus. Actum & datum in conventione Generali Brestensi. Feria Secunda in Crastino Festi S. Margarithæ Virginis. Anno Domini Millesimo Quingentesimo undecimo, Regni Nostri Anno quinto. Præsentibus Reverendo in Christo Patre Domino Alberto Episcopo Vilnensi, Nicolao Nicolai Radziwiłł Palatino Vilnensi & Cancellario Magni Ducatus Nostri, Georgio Ostykowicz Palatino Trocensi & Mareschalco Curiæ nostræ Stanislao Janowicz Castellano Trocensi & Capitaneo Samogitiæ, Georgio Nicolai Radziwiłł Palatino Kiioviæ, Stanislao Hlebowicz Polocensi & Joanne Sapieha Vitebscensi, Palatinis ac Mareschalcis &c. Supremo Secretario nostro aliisquè Consiliariis & Curiensibus nostris fide dignis testibus ad præmissa, per manus Venerabilis Laurentij Mudzilewski Præpositi & Canonici Vilnensis Secretarij nostri. Relatio Magnifici Nicolai Mikołajewicz Palatini Vilnensis & Cancellarij M. D. Litt.

Sigillum appensile M. D. Litt.

A. 1514. *Feria Quinta infra Octavas Nativitatis Christi. Privilegium Serenissimi Sigismundi I. Regis Poloniæ, Libertationem a telonio in Regno Poloniæ non solvendo confirmans, Mercatoribus Vilnensibus collatum.*

Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ Prussiæ &c. &c. Dominus & Hæres. Significamus tenore præsentium, quibus expedit Universis. Quomodo Famosi Præconsul & Consules Civitatis nostræ Vilnensis, certas Literas tenoris infra scripti coram nobis exhibendo & reproducendo easdem propter earum madefactionem & corruptionem, supplicârunt innovari: quarum tenor sequitur & est talis. Sigismndus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæque &c. Dominus & Hæres Significamus tenore præsentium quibus expedit universis. Quod dum nomine Famosorum Præconsulûm, Consulum

ſulum & totæ Plebis Civium & Jncolarum Civitatis noſtræ Vilnenſis, exhibitæ fuerunt coram nobis Literæ Sereniſſimi Domini olim Alexandri Regis, Germani & Prædeceſſoris noſtri, quibus ipſa olim Majeſtas eos a ſolutione teloneorum per univerſum Regnum noſtrum ad beneplacitum ſuum liberârat & eximerat, ſimul tunc supplicatio porrecta fuit nobis, quatenus eos in ipſa libertate conſervare, eaſdem Literas confirmare dignaremur, quarum ſequitur tenor: Alexander Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Ruſſiæ Pruſſiæque Dominus & Hæres. Significamus tenore præſentium quibus expedit univerſis, quomodo ex innata nobis clementia & speciali affectu quem ad Civitatem noſtram Vilnenſem ac Cives & incolas illius gerimus, præſertim attendendo Civium illorum in nos fidem, benevolentiam & obſequiorum promptitudinem, quibus se nobis omni tempore commendatos, curarûnt efficere, horum aliorumque servitiorum nobis per eos in futurum fideliter exhibendorum, ob reſpectum volentes eos prærogativarum noſtrarum gratiis proſequi Regiis; Jpſos & quemlibet ipſorum nunc & in futurum in eadem Civitate noſtra exiſtentes Cives & Mercatores Negotiatoresque Vilnenſes tam Romanæ Eccleſiæ Cultores quam etiam Ruthenos per totum Regnum noſtrum Poloniæ, à ſolutione telonei præſentibus eximimus & liberamus. Idcirco vobis Magnificis, Generoſis, Nobilibus, Famoſis, circumſpectis, Palatinis, Caſtellanis, Capitaneis Burgrabijs, Terrigenis, Conſulibus Civitatum, oppidorum, Communitatis, eorum Factoribus & vices ipſorum gerentibus, teloneorum Exactoribus, viarum cuſtodibus & Areſtatoribus, cæterisque Officialibus per prædictum Regnum noſtrum Poloniæ ubilibet conſtitutis, præſentibus requirendis; mandamus diſtrictius præcipiendo: Quatenus præfatos Cives Vilnenſes per totum Regnum Poloniæ ut præmittitur: ire, ſtare, morari, mercantias exercere, quotiescunque opportunum fuerit, libere & secure tam per aquam quam per terram abſque exactione & solutione teloneorum noſtrorum, omni impedimento remoto permittatis & permitti faciatis, præſentibus ad noſtram voluntatem tantummodo duraturis, ſecus non facturi Gratiæ noſtræ sub obtentu. Harum quibus Sigillum noſtrum eſt subappenſum teſtimonio Literarum. Datum Cracoviæ Feria Quinta Feſti Sanctorum Fabiani & Sebaſtiani Martyrum. Anno Domini, Milleſimo Quingenteſimo secundo Regni noſtri Anno primo. Relatio Reverendi in Chriſto Patris Domini Creſlai Epiſcopi Ladiſlavienſis & Regni Poloniæ Cancellarij: Creſlaus Epiſcopus & R. Pol. Cancellarius subſcripſit. Jtaque nos Sigismundus Rex præfatus, cupiendo prædictos Cives noſtros Vilnenſes pro illorum in nos fide & meritis, eâ gratiâ proſequi, qua per Anteceſſores noſtros fuêre proſecuti, Literas præinſertas in omnibus punctis, conditionibus & articulis, confirmandas, approbandas, & ratificandas duximus; confirmamusque

que approbamus & ratificamus præſentibus volendo decernendis: Quod ipſi Cives Mercatores & univerſi incolæ Vilnenſes, tam præinſertarum, quam præſentium Literarum vigore, ea ipſa à ſolutione telonei libertate & exemptione, ubilibet in Regno noſtro eo modo potiantur & gaudeant; quo à tempore prædicti Domini Alexandri Regis Germani nostri & usque ad hoc tempus potiti & gaviſi fuerunt, ſimiliter ad beneplacitum noſtrum regium, Jure tamen & juſtitia cujuslibet salvis, Harum quibus Sigillum noſtrum eſt subappenſum teſtimonio Literarum. Dat. Cracoviæ Feria sexta in Feſto S. Georgii Anno Domini Milleſimo Quingenteſimo ſeptimo, Regni vero Noſtri Anno Primo. Joannes de Laſko Præpoſitus Poſnanienſis Regni Poloniæ Cancellarius subſcripſit. Nos itaque supplicationibus ejuſmodi tanquam juſtis & rationi conſonis permoti, Literas præinſertas in omnibus punctis, conditionibus & articulis, innovandas, ratificandas & confirmandas putavimus, ratificamusque & confirmamus præſentibus Literis Noſtris decernendis, eaſdem robur debitæ firmitatis obtinere, harum quibus Sigillum noſtrum eſt subappenſum teſtimonio Literarum. Dat. Vilnæ Feria Quinta infra Octavas Nativitatis Chriſti, Anno ejuſdem Milleſimo Quingenteſimo Decimo Quarto, Regni noſtri Anno Octavo. Mathias Dei Gratia Eppus Vladiſlav: & Cancellarius. Relatio Reverendi in Chriſto Patris Mathiæ Epiſcopi Vladiſlavienſis & Regni Poloniæ Cancellarii.

Sigillum appenſile Regni Poloniæ.

Roku 1517. Mca Junii Dnia 8. Przywiley Krála Jmci Zygmunta I. aby wſzyſcy Mieſzczanie, co Folwarki i Maiętności trzymaią, Podatki, a mianowicie Serepſzczyznę do miaſta płacili; nadany.

Zybimont Bożuju Miłoſtiu Korol Polſki, Weliki Kniaź Litowſki Ruſki, Kniaź Pruſki, Żemoytſki i innych. Czynim znamienito ſim naſzym Liſtom: chto na nieho poſmotryt, albo cztuczy jeho uſłyſzyt, ninieſznym i na potom buduczym, komu budet potreba toho wiedati: Bili Nam czołom Woyt, i Burmiſtry i Raycy Mieſta Wileńſkoho, i wſi Mieſzczanie Wilenſkije o tom ſztojeśmo położyli Serepſzczyznu na wsie Pańſtwo Otczyznu naſzu Wielikoie Kniaztwo Litowſkoje dla wielikoie potreby ninieſznoie Naſzoje i Ziemſkoie i kotoryie oni Ludi swoich Otczyſtych i wyſłuhu i kuplennych poblizu Mieſta Wileńſkoho i po odaley Mieſta po Folwarkom swoim majut, i też kotoryie Mieſzczanie i ſami mieſzkajut u ſwoich Folwarkow, a zdawna poſpołu z Mieſtom wſiakije ſłużby ſłużat, i po płaty płatiat i w ich pryſudie Mieſkom mieſzkaiut, oni powiedieli pered Nami, iż z tych Ludiey swoich i tyie Mieſzczanie serepſzczyznu dawali poſpołu z Mieſtom,

G to

to pak Birczyie Naſi kotorychieśmo poczytali, tuju serebſzczyznu wybierati chotieli wodłuh rozkazania naſzoho, tuju serebſzczyznu na tych Mieſzczanach i na Ludiech ich brati, i oni bili nam czołom, abychmo im tak i tych Mieſzczan i Ludiey ich, kotoryie u Folwarkach ich mieſzkaiut prywernuli k-Mieſtu, i kazalibychmo im z tych Mieſzczan i Ludiey ich serebſzczyznu Nam dawati poſpołu z Mieſtom. I no My na ich czołombitie i dla lepſzoje uſpomożenia Mieſta Wileńſkoho, tych ieśmo Mieſzczan kotoryie po ſwoim Folwarkom mieſzkaiut, a z dawna z nimi z Mieſtom wſiakiie ſłużby ſłużat, i popłaty płatiat, i w ich Prysudie mieſkom mieſzkaiut, i Ludiey ich wſich Otczyznych i wyſłuhu i kuplennych, kotoryie u Folwarkoch ich mieſzkajut, prywernuli k-mieſtu, maiut tyie Mieſzczanie i Ludie ich serebſzczyznu Nam dawati niniefznu i w pered, koli położym na wſie Pańſtwo Otczyznu naſzu wielikoie Kniaźtwo Litowſkoje, poſpołu z Mieſzczany Wileńſkimi, a Wradniki, i Birczyie Naſi, kotorych koli uſtanowim tuju serebſzczyznu wybierati, niemaietſia w nich niwczym uſtupati; a na twerdoſt toho i Pieczat naſzu kazaliieśmo prywieſiti k-ſiemu naſzomu Liſtu. Piſan w Wilnie Leta Bożeho Tyſiacza Piaćsot Siemnaccatoho Mieſiaca Junia Oſmoho dnia Indykta Piatoho. Sigismundus Rex.

Pieczęć przywieſiſta W. X. Litt.

A. 1518. Die S. Galli. Decretum Sereniſſimi Sigismundi I. Inter Mercatores Vilnenſes & Teloneatores Chełmenſes ratione exactionis telonei ultra Privilegia, a Mercatoribus Vilnenſibus, latum, quo exhibitio originalium Privilegiorum ab utrinque in futuris Commitiis injuncta eſt.

Sigiſmundus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæquè &c. &c. Dominus & Hæres. Significamus tenore præſentium quibus expedit univerſis horum notitiam habituris: quia dum exorta eſſet coram nobis controverſia inter Famatos Cives & Mercatores Civitatis noſtræ Vilnenſis veluti Actores ab una, & Magnificum Andream de Tenczyn Palatinum Lublinenſem, nec non Rathnenſem Chełmenſemquè Capitaneum, ejuſquè Teloneatores Chełmenſes ab altera, partibus, occaſione telonei Chełmenſis, ad quod solvendum dictus Palatinus ratione Tenutæ suæ Chełmenſis per suos Teloneatores in Terra Chełmenſi Præfatos Cives & Mercatores Vilnenſes aſtringere contendit, nec non etiam injuriarum nonnullarum & areſti quarundam mercium Vilnenſium, in Civitate noſtra Lublinenſi per Teloneatores Chełmenſes, dicti Palatini Lublinenſis, ejuſdem telonei Chełmen: exigentis, occaſione noviſſimi facti, Præfati Cives Vilnenſes coram nobis conſtituti allegârunt ſe virtute Privilegiorum & Prærogativarum ſuarum ipſis conjunctim & diviſim per noſtros Anteceſſores Poloniæ Reges

ges, Noſtramquè deinde Majeſtatem, tempore huius felicis regiminis noſtri, ad beneplacitum Regium duntaxat gratiosè conceſſarum, à solutione quorumvis teloneorum ubilibet in Regno noſtro & ob hoc & in terra ipsa Chelmenſi fuiſſe & eſſe exemptos, neque se propter hoc alibi uſquè locorum Regni noſtri à tempore libertationis ſuæ hujuſmodi unquam per alios quoscunque Regnicolas Noſtros & locorum Præfectos vel Teloneatores moleſtatos fuiſſe hucuſque affirmârunt: Ipſo Tenutario cum suis Teloneatoribus Chelmenſibus contrarium allegante & dicente se & Prædeceſſores suos Tenutarios bonorum noſtrorum Chelmenſium prædictorum pro tempore exiſtentium, ex vi ſuarum inſcriptionum originalium ab eo tempore quo bona ipſa Chelmenſia per felicis recordationis Prædeceſſores noſtros Poloniæ Reges fuêre impignorata ab eisdem Civibus & Mercatoribus Vilnenſibus in Terra Chelmenſi, hoc ipſum teloneum Chelmenſe capitale exegiſſe; Quia vero dictus Palatinus ad hujuſmodi suam allegationem suorum teloneorum prædictorum ſimplicem aſſertionem verificandam Literas hujusmodi Originales, quarum vigore dictum teloneum expetere exigereque intendit, ad præſens reponere coram nobis, ut aſſeruit, non potuit: dictis Civibus Vilnenſibus inſtantibus petentibuſque se ab ejuſdem Palatini & Capitanei Chelmenſis, suorumque Teloneatorum impetitione & moleſtatione præmiſſorum occaſione absolvi, ac merces suas hujuſmodi in Lublin hactenus retentas deareſtari, ſicque de cætero juxta literas eorum abſolutorias superius expreſſas à ſolvendis hujuſmodi teloneis Chelmenſibus, liberos eſſe per nos decerni. Nos auditis Partium altercationibus, præmiſſaque deliberatione sufficienti suspendimus ejus rei judicium & cognitionem determinationemque, in Conventum Regni noſtri Generalem, quocunque locorum in proximo celebrandum, in cujus conventu quinta decima die poſt noſtrum illuc primum felicemque ingreſſum, Partes utræque coram nobis comparentes Literas, ſuas præfatas intentionis ſuæ hinc inde probatorias coram nobis reponere originaliter tenebuntur, ex quarum literarum tenore & conceſſione ac prioritate ſi fortè apparebit dictos Vilnenſes Mercatores ad solutionem hujuſmodi teloneorum non eſſe obligatos, ex tunc de cætero ab eiſdem teloneis impetitioneque prædicti Tenutarii & ejus teloneatorum Chelmenſium liberi eſſe debebunt; alioquin ad solutionem dictorum teloneorum ipſi Andreæ Palatino & Tenutario vel quod noſtra Majeſtas in præmiſſis decreverit, extunc prout ex nunc tenebuntur; interea vero temporis, quo conventio Regni generalis non erit per nos celebrata, volumus & decernimus omnes & ſingulas merces præfatas Vilnenſes in Lublin ut præmiſſum eſt, retentas, debere eſſe exareſtatas, prout & exareſtamus eas, præſentibus, liberasque mitti volumus Civibus & Mercatoribus Vilnenſibus superius expreſſis, ita tamen quod cauſa

hujusmodi pendente indecisa, ipsi Vilnenses dabunt & facient de se securitatem ipsi Palatino & Teloneatoribus ejus ibidem in Civitate Lublinensi, ut si prædictum Teloneum sibi Palatino uti Capitaneo & Tenutario Chelmensi adjudicaverimus, ex tunc sibi, omne id, quod justum erit & quod debent pro teloneo hujusmodi exsolvant. Præterea volumus & ordinamus quod interea temporis ipse tenutarius aut sui Teloneatores, omnes & singulas merces Vilnenses per terram Chelmensem vehendas & reducendas, in Regestrum suum notare debebit, & debebunt, ut in casu adjudicationis solvendorum teloneorum præfati Vilnenses ipsi Palatino, quod juste debebunt, à mercibus suis notatis exsolvant & satisfaciant in effectu: harum testimonio Literarum quibus Sigillum nostrum est impressum. Actum & datum Cracoviæ die S. Galli Anno Domini Millesimo Quingentesimo Decimo Octavo Regni nostri Duodecimo. Relatio Reverendi in Christo Patris Domini Petri Episcopi Præmisliensis & Regni Poloniæ vice Cancellarii.

Sigillum minus Regni Poloniæ impressum.

A. 1522. In Crastino post Festum Immaculatæ Conceptionis B. V. M. Privilegium Serenissimi Sigismundi I. Regis Poloniæ Magni Ducis Lithvaniæ super institas mercimoniales, libertatem à custodia Castri Vilnensis & alias immunitates, collatum.

IN Nomine Domini Amen. Quoniam ea, quæ in humanis geruntur negotiis, facile è memoria Hominum labuntur, nisi Literarum munimentis Posteritatis commendentur notitiæ: ad perpetuam proinde rei memoriam, Nos SIGISMUNDUS DEI Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ Russiæ, Prussiæ, Samogitiæquè &c, Dominus & Hæres, Significamus tenorè præsentium quibus expedit universis, præsentibus & futuris harum notitiam habituris, quod licet orta controversia atque ad præsentiam Majestatis Nostræ deducta inter Consulatum Civitatis Nostræ Vilnensis ex una, & Communitatem ejusdem Civitatis ex altera, partibus, dimidiam partem Apothecarum seu institarum mercimonialium in Foro seu circulo ejusdem Civitatis sitarum, pro nobis & Successoribus nostris Magnis Ducibus Lithvaniæ recipere, alteram vero medietatem earundem ad Prætorium pro necessitate communi ejusdem Civitatis convertere decreveramus, eo quod absque aliquo speciali Privilegio per quosdam eorundem Civium privatim hujusmodi institæ hactenus possessæ sunt: Tamen ad supplicationem Consulum & Civium eorundem atquè ad intercessionem nonnullorum Consiliariorum nostrorum de speciali gratia nostra & præsertim ex eo, quia hujusmodi institæ, antiquitus à primæva sui origine taliter per eos quietè & libere possidebantur, omnes & singulas institas mercimoniales circa Prætorium

in

in medio Fori seu circuli Vilnensis contiguè sitas, dictas vulganter *Klutki*, eisdem Civibus Possessoribus & eorum successoribus, ipsos in hoc juxta consvetudinem antiquam conservando dimisimus, dedimusque eisdem denuo & donavimus, damusque & donamus per præsentes in perpetuum decernendas, easdem institas omnes & singulas per eosdem Cives Vilnenses Possessores earundem, more veteri tenendi, habendi, dandi, vendendi, commutandi, resignandi & in usus eorum, successorumque ipsorum beneplacitos convertendi, & cum omni jure proprietateque perpetuè possidendi, juxta consvetudinem antiquam, quam per præsentes approbamus & confirmamus, duraturam in perpetuum, eâ nihilominus legê, quòd ipsi Cives Possessores, earundem institarum illas ob decorem Civitatis ejusdem Vilnensis, muro erigere & construere tenebuntur. Cæterum ut eadem civitas nostra Vilnensis, ordine meliori regatur; debitaque potiatur securitate, ad removendum omnium malevolorum pacem communem perturbantium, scandala, & ausus facinorosos, custodiam civilem de eadem civitate nostra ad Castrum Nostrum Vilnensem translatam, atquè interim duntaxat, donec civitas ipsa muro cingeretur, juxta ordinationem Ducis olim Vladislai felicis recordationis Regis & Magni Ducis Lithvaniæ Avi & Prædecessoris Nostri charissimi exhiberi debitam, & hactenus sub ditione ejusdem loci Palatini de more existentis, ipsi civitati Vilnensi, custodiæque ac Jurisdictioni ejusdem, ex quo jam civitas ipsa muro cincta est, innitendo ejusdem Avi olim & Prædecessoris nostri dispositioni de certa scientia & gratia nostris, de consensuque & voluntate M. D. Alberti Martini Gastold Palatini moderni Vilnensis, Cancellarii Magni Ducatus nostri Lithvaniæ sincere nobis dilecti, restituimus, adjunximus, inivimus & incorporavimus, adjungimusque, inimus, restituimus & incorporamus per præsentes in perpetuum, ita: quod ipsi cives Vilnenses ex nunc in antea futuris perpetuis temporibus, à custodia Castri erunt & sint penitus liberi, nisi pro ordine & præsidio civitatis & tranquillitate ac jurium suorum conservatione & executione, custodes 24. decenter armatos more & ad instar civitatis nostræ Cracoviensis servare, & fovere tenebuntur. Attamen urgente necessitate urbis, atque castri ipsi Præconsules, Consules, Advocatus & universi cives debent Imperio & directioni ipsius Palatini Vilnensis, seu vices gerentis ejus, pro tempore existentis obedire in omnibus licitis, quæ contra hostiles impetus & obsidia ad defensionem tam civitatis quam Castri prædicti, pertinere videbuntur. Insuper, quia iidem cives nostri Vilnenses plerumque nobis in necessitatibus Reipublicæ, facultatibus suis auxilium præstiterunt, necnon civitatem eandem nostram sumptibus propriis cinxerunt, ne igitur in solutione exactionum Reipublicæ modis novis & taxationibus variis, ultra antiquam consvetudinem nimi-

um graventur & molestentur: idcirco de consensu & consilio Consiliariorum nostrorum tam spiritualium, quam saecularium decernimus & ordinamus, quòd ipsi Cives Vilnenses, à modo & deinceps futuris temporibus exactiones solitas, quoties eas pro necessitate Reipublicae imponi, seu institui contigerit, illas more antiquo & non novo solvere tenebuntur, pro contributione videlicet generali aliàs *Serepszczyzna*, quam super universum Magnum Ducatum nostrum Lithvaniae institui contigerit, trecentos siclos, hoc est quingentas sexagenas grossorum juxta veterem consvetudinem, prout tempore Divi olim Regis & Magni Ducis Casimiri Genitoris nostri Charissimi solvere unà cum tota Terra consveverunt, pro exactione vero dicta *Hordinszczyzna* du os quadragenarios sobellorum quorumcunque, uterque quadragenarius seorsim debet fieri, valoris octodecim sexagenarum grossorum. Quodsi forte Thesaurario nostro ejusmodi quadragenarii sobellorum viderentur minus valere quàm per decem octo sexagenas, extunc ad vitandam controversiam debet ab eisdem Civibus recipere praedictam pecuniarum summam pro uno quoque quadragenario videlicet per decem octo sexagenas, nec non stamina panni modo in frustro videlicet scindendo unum, Machelski unum, Anglicarium unum, & Norskich seu Kamparskich sex, praeter quae nullas alias exactiones novas Nobis vel Successoribus nostris ipsi cives Vilnenses dare tenebuntur. Praeterea quemadmodum decreveramus ceram de singulis tabernis, mellicis per universum Magnum Ducatum Lithvaniae ubilibet constitutis, tam nostris quam etiam quorumvis subditorum nostrorum spiritualium & saecularium pro Nobis tollendam, ac pro necessitate Reipublicae convertendam: quod quidem Decretum tandem de consensu & consilio Consiliariorum nostrorum relaxandum instituimus, quòd tribus duntaxat annis proxime sequentibus per unum saltem Lapidem Cerae de singulis Tabernis, ad Fiscum nostrum tolli debet, ita etiam ipsi cives Vilnenses quicunque Tabernas Medonis habuerint, singuli per unum Lapidem cerae crudae pro nobis dare tenebuntur per tres duntaxat annos proxime sequentes, post quorum decursum, nihil pernitus cerae nobis neque Successoribus Nostris ipsi cives Vilnenses dare tenebuntur; sed penitus erunt ab ejus datione liberi, verum more antiquo tenebuntur solvere nobis & Successoribus Nostris de una quaque Taberna a medone unam, & a cerevisia similiter unam Sexagenam grossorum & non plus, tenore praesentium mediante in perpetuum. In quorum omnium fidem & testimonium Sigillum Nostrum praesentibus est subappensum, Actum Vilnae Feria tertia in Crastino Conceptionis Gloriosissimae Virginis Mariae, Anno Millesimo Quingentesimo Vigesimo secundo, Regni vero nostri Anno sexdecimo, praesentibus ibidem Reverendis in Christo Patribus & Dominis, Joanne Vilnensi, Joanne Kijoviensi Episcopis, nec non Magnificis

ac

ac Generosis, præfato Alberto Martino Gastold Palatino Vilnensi & Cancellario Magni Ducatus Nostri Lithvaniæ, Constantino Duce Ostrogienensi Palatino Trocensi & supremo Magni Ducatus Nostri Exercituum Capitaneo, Joanne Zabrzeziński Palatino Novogrodensi & supremo Terrestri Mareschalco, Georgio Hilinicz Curiæ nostræ Mareschalco & Brestensis, Caunensis, ac Lidensis Capitaneo, Janussio Gostiewicz Palatino Podlachiensi; & Joanne Radziwill Pincerna Nostro, & aliis quam pluribus circa præmissa Consiliariis & Officialibus sincerè nobis dilectis. SIGISMUNDUS REX.

Sigillum appensile M. D. Litt.

Anno 1522. *Die Dominica post Festum S. Luciæ. Confirmatio Serenissimi Sigismundi I. Transactionis inter Reverendissimum Episcopum Vilnensem & Magistratum Communitatemque Civitatis Vilnensis in nonnullis prætensionibus factæ.*

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam Rei memoriam. Nos Sigismundus Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Samogitiæque &c. Dominus & Hæres. Significamus tenore præsentium quibus expedit universis, harum notitiam habituris: Quomodo dum a multis retroactis temporibus differentia esset inter Famatos Præconsules, Consules, Advocatum & Scabinos, totamq; communitatem Plebis & Incolas Civitatis Vilnensis merosque subditos Nostræ Regiæ Majestatis, conquerentes ab una, & Reverendum Patrem Dominicum Joannem ex Ducibus Lithvaniæ Episcopum Vilnensem modernum, sincerè nobis dilectum ab altera, partibus, forsan adhuc tempore Prædecessorum Ejus, jam dudum initiata videlicet occasione quarundam pertinentiarum Civilium privilegiatarum, in quo se idem Dominus Episcopus modernus secutus vestigia Prædecessorum suorum, contra vim Privilegiorum civilium unà cum subditis suis Ecclesiasticis partem civitatis ejusdem nostræ Vilnensis, ex devota donatione Divorum olim Prædecessorum Nostrorum hucusque incolentibus intromittere nitebatur, adhuc ventum est nunc novissimè, quòd ipsi Cives Nostri Vilnenses, cum ipso Domino Episcopo super omnibus & singulis in litem hujusmodi deductis infra descriptis, amicabiliter ad invicem composuerunt favore nostro Regio singulariter accedente: imprimis igitur Dominus Episcopus ad effectum hujus concordiæ per expressum concessit, ut Consules & Cives nostri Vilnenses libere utantur cera liquefactoria juxta Privilegia sua Civilia, ita tamen quòd in ea Consules, ceras proprias Episcopales ad mensam ejus quotannis obvenientes, toties quoties liquefacerè ponderareque teneantur, sine quovis pretio pecuniario prout in eorum Privilegiis civibus latius continetur: & ob hoc, propriam suam liquefactoriam cum subditis suis Episcopalibus in Civitate

Vilnenſi deinceps habere non debebit. Præterea conſenſit idem Dominus Epiſcopus, ut ipſi Conſules æque utantur pannis raſoriis, infra muros Civiles ad utilitatem ſuam Prætorialem, juxta vim Privilegiorum ſuorum civilium, utque humulum diſpenſent ipſi Conſules ad commodum totius Civitatis Vilnenſis, ad cujus diſpenſationem ipſe Dominus Epiſcopus cum ſubditis ſuis Eccleſiaſticis intromittere ſe non debebit, contra diſpoſitionem Privilegiorum civilium, excepto quod Homines ſui Epiſcopales humulum ipſum domi & foris publicis integro ſacro venderent, prout hoc Civibus noſtris Vilnenſibus & alienigenis antiquitus permiſſum eſt, conſenſit quoque ſua Paternitas, ut ſubditi ſui præſertim autem Negotiatores & Revenditores in circulo Civili Vilnenſi foriſantes pro purgatione ipſius Circuli ſolvant quotannis Prætorio Civili a locis ſtantiarum ſuarum per quatuor groſſos, aliàs pro quolibet quartali anni per unum groſſum monetæ noſtræ Lithvanicalis: item conſenſit & admiſit per expreſſum idem Dominus Epiſcopus, ut ſubditi ſui Epiſcopales imprimis autem artifices cum meris Subditis noſtris æquè artificibus haberent mutuas ſuas fraternitates, propter meliorem artificiorum quorumcunque regulationem: ita tamen quòd in eligendis ſenioribus artificiorum ſubditi ſui Epiſcopales non eſſent cæteris inferiores; Vini etiam ſublimati ac cujuſvis generis diſpoſitionem ipſe Dominus Epiſcopus cum ſubditis ſuis Eccleſiaſticis ad ejuſdem vini uſtionem propinationemvé intromittere ſe non debebit quomodolibet in futurum. Conſenſit etiam Dominus Epiſcopus, ut ad evitanda ſcandala & pericula futura Conſulatus haberet in ſua poteſtate Portas omnes civiles etiam in ſolo ejus Eccleſiaſtico conſiſtentes, de tenenda autem cuſtodia totius Civitatis Vilnenſis Dominus Epiſcopus providendo ſecuritati ſuæ, ſubditorumque ſuorum conſenſit fieri mutuam Hominum ſuorum, Pane ſuo privatim viventium cum civibus & meris Subditis noſtris cæteriſque Incolis Civitatis noſtræ Vilnenſis conſcriptionem, & ſecundum hoc imponi taxam pecuniariam ſingulis convenientem ad exolvendos annuos cuſtodes, viginti & quatuor, quintum vero ipſorum Cechmiſtrum, quorum duodecim armati, Prætorium & omnem ejus armaturam, reliqui vero duodecim per urbem diſcurrentes, rem omnem Civilem ſingulis noctibus obſervare tenebuntur, arcendo furta, prædas, cædes & ignis incendia prout hoc in aliis Urbibus bene regulatis obſervatur. Conſenſum eſt etiam utrinque ut Homines Epiſcopales cum meris ſubditis noſtris Civibus Vilnenſibus in omnibus commercijs & prærogativis Civibus eſſent deinceps unanimes, demptis exactionibus Epiſcopalibus perpetuis & temporalibus ac etiam pro Publica neceſſitate Terreſtri inſtitutis & inſtituendis, Ita quod ipſi Conſules nullas alias Collectas a ſubditis Epiſcopalibus exigere debebunt quoquo modo in futurum præter ea ſupra expreſſas per Dominum Epiſcopum ſpecifice admiſ-

missas demptis quoquè judicijs hominum Episcopalium contra quos Advocatus Noster Vilnensis pro tempore existens jurisdictionem suam exercere non debebit, nisi secundum quod antiquitus hinc inde fuerat observatum. Quae omnia sic concordata in certa cedula papirea Manu Episcopali subscripta nobis nomine illius exhibita comperimus, contineri ad praemissorum omnium Privilegiationem per nostrae Majestatis aut Senatorum faciendam: Contentus est etiam Dominus Episcopus pro favore Majestatis Nostrae ut ipse cum officialibus suis spiritualibus ad cognitionem Causarum Civilium mere Saecularium non se deinceps intromitteret, nisi in defectu justitiae orphanorum Viduarum & miserabilium Personarum, atque se ultro utrinque subbijcientium ac consentientium nec afficiat; deinde subditos Nostros quoscunque Paenis paecuniariis solis Censuris Ecclesiasticis vovens esse, contentus; excepto quod se aliquis paenae paecuniariae sponte sua submiserit, ut igitur Praemissa omnia robur haberent perpetuae suae firmitatis praemissa omnia ad vota partium ipsarum utrarumque authoritate Majestatis Nostrae de certa scientia & deliberatione nostris Regiis ac de Consilio Consiliariorum Nostrorum approbantium ratificare & confirmare duximus: approbamusque, ratificamus & confirmamus decernentes ipsam Concordiam & omnia ejus contenta supra expressa robur firmum habitura perpetuo ac in aevum. Omnes alios incolas Civitatis Vilnensis cujuscunque alterius ditionis existentes puta Spirituales, Saeculares, Metropoliticales, Regulares & Monachales, ac Nobilitares quomodolibet cognominatos Latinae Graecaeq; Religionum & alterius Ritus vel Sectae cujuscunq; existentes, supra Scriptis omnibus oneribus Civilibus vicissim de plenitudine potestatis nostrae aeque unanimiter subijcientes, prout & subjicimus in perpetuum praesentium tenore mediante, Harum Quibus Sigillum Majestatis nostrae est subappensum Testimonio Litterarum. Datum in oppido Nostro Wolkowysko Dominico die proximo post Festum S. Luciae Anno Domini Millesimo quingentesimo vigesimo secundo, Regni vero Nostri Anno sedecimo, Praesentibus ibidem Reverendo in Christo Patre Domino Nicolao Episcopo Mednicensi nec non Magnificis ac Generosis Alberto Martino Gasztold Palatino Vilnensi & M. D. L. Cancellario Nostro, nec noc Tenutario Mozyrensi, Constantino Duce Ostrogiensi Palatino Trocensi & supremo Exercituum M. D. L. Capitaneo, Georgio Radziwill Castellaneo Trocensi & Capitaneo Grodnensi, Petro Stanislaidis de Ciechonowicz Palatino Polocensi & Capitaneo Drohicensi, Georgio Hilinicz Brestensi, Caunensi, Lidensi Capitaneo, ac Mareschalco Curiae nostrae, Mathia Woyciechowicz Ochmistrzowicz Mareschalco & Tenutario in Wolkowysko, & Joanne Hlebowicz Mareschalco Nostro, & alijs quam plurimis Consiliariis & aulicis Nostris Testibus, Relatio Praefati

Magnifici Alberti Gastold Palatini Vilnensis & M. D L. Cancellarij.
Sigillum appensile M. D. Litt:

A. 1522. *Die* 22. *Decembris. Privilegium Serenissimi Sigismundi Augusti Magistratui Vilnensi super ordinationem & institutionem Contuberniorum, Opificum.*

Sigismundus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ &c. Dominus & Hæres. Significamus tenore præsentium quibus interest universis præsentibus & futuris, quód cum societates seu Contubernia opificum in Civitatibus tam nostris quam externis non mediocre ornamentum & Belli ac Pacis tempore præsidium præbere soleant, cum neque societatem, neque Collegium, neque hujusmodi corpus passim omnibus habere concedatur, nisi id jussu ac Principum permissu fiat: proinde ut in Civitate Vilnensi melius, ac ad usum humanum commodius opificia instituantur: commisimus Advocato, Præconsulibus & Consulibus hanc potestatem, ut illi, societates seu collegia opificum quæcunq; jam instituta sunt; corrigant, si quæ autem nondum sunt instituta ut sunt Cementariorum, Fabrorum Lignariorum, Frenificum & reliquorum instituant, Privilegiaque eis dent, leges ac mores quibus inter se vivere debeant: præscribant. Quæ quidem Societates seu Collegia ab illis instituta iisdem Privilegiis gaudebunt, quibus & cæteræ universitates reliquorum opificum gaudent, ita videlicet ut nullus alius artem in hac Civitate exercere, eamque docere possit, nisi is qui in collegio seu universitate artis suæ, nomen suum fuerit professus. Quod si quis temere extra contubernium, seu a nobis seu ab illis institutum opificum, artemque suam exercere fuerit ausus; sive sit Civis noster sive Senatorum nostrorum, Ducum, Nobiliumve in hac Civitate subditus, eum incarcerandi, detinendi, instrumenta artis illius tollendi, bona ejus mobilia confiscandi, facimus officio civili potestatem, ita ut hi artifices, quorum illi collegium seu contubernium instituerint, nihil prorsus ab illis differre videantur, quos vel nos Majores vel Nostri specialibus Privilegiis sumus dignati. Quodsi eorum in contuberniis ordinationi dispositioni ac coercitioni quisquam obsistere, ac eos impedire ausus fuerit, cujuscunqe fuerit status ac conditionis, is sciat certo gravissimam indignationem nostram subituram. Harum, quibus Sigillum nostrum est appressum Testimonio Literarum Datum Vilnæ 22. Decembris Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo secundo. Sigismundus Augustus Rex.

Sigillum appressum M. D. L.

Roku 1526. *Dnia* 28. *Februarij,* *Przywiley Krola Jmci Zygmunta I. ktorym znosi Artykuły przez pospolstwo przeciwko Magistratowi wyprawione, a nakazuje podług Praw i Przywileiow dawnych sprawowac się.*

Zyhimont Bożuju Miłostiu Korol Polski, Wieliki Kniaź Litowski, Ruski, Pruski, Zomoytski i innych. Czynim znamienito sim naszym Listom chto na nieho posmotryt, albo czytuczy jeho usłyszyt, ninieshnym i potom buduczym komu budiet potreba toho wiedati. Bili Nam czołom Burmistry i Raycy Miesta Wileńskoho o tom, szto nie odnokrot żałowali Nam na nich wsie Pospolstwo toho Miesta naszoho, iżby Oni sprawowalisia nie wodłuh Prawa ich pisanoho, kak w innych Miestach Naszych sprawuiut, kakże prynosili, pered Nas wypisawszy niekotoryie członki, abychma kazali Radie ich Mieskoy podle tych członkow sprawowatisia i raditi, a Burmistry i Raycy powiedieli pered nami, iż nikoli tych członkow niederżali; ale sia sprawowali podłuh starodawnoho obyczaja i Prywilejow i Praw tych, kotoryie majut od Prodkow Naszych, za kotorymże dey uporom ich, a za tymi nowymi członkami mnohy zamożnyie zubożali odrywajuczysia od Prawa ich i nie tolko dey w Prawie ich, ale i w inszych sprawach Mieyskich za tym swowoleństwom i uporom ich, trudnost wielikuju od nich majut, i bili Nam czołom Burmistry i Raycy toho Miesta Naszoho Wileńskoho abychmo zachowali Jch w Uradie zupolnym i w sprawach ich mieyskich wo wsim poddanomu kaksia oni sprawowali pered tym, za Prodkow naszych i za Nas, aż do sich czasow, a teper i na potom potomuszby sia radili i sprawowali, jakoż i Pany Radni Nasi, kak Duchowniie tak i swieckiie Wielikoho Kniaźtwa Litowskoho o tom za Nimi do Nas pisali. A tak My baczuczy iż toje Miesto naszoje nadano iest obfitie, a łaskawie Prawom i Prywilejami od sławney pamieti Dieda i Otca Naszoho Korolei Jch Miłosti i innych Prodkow naszych wielikich Kniazi Litowskich, za kotorym że Prawom i Prywilejami aż do tych czasow sia sprawowało, i zawżdysia w Bohactwach i pożytkach množyło, a inszych żadnych Praw nie potrebowało tych członkow, kak teper Pospolstwo wymysłaiet, mohliby dobre to Prodkowie Nasi obaczyti i w Prywilejach swoich to im wypisati, dla takowych pryczyn niewidełosia nad Prawa i Prywileja Prodkow Naszych, kotoryie sud dobryie a obacznie im wydane, inszych Praw i Uradnikow, nad starodawny obyczay ustanawiati, a owszem potwierżati: jakoż i teper tyie wsie Prawa i Prywileja Prodkow Naszych i starodawnyie obyczaje, sprawy toho Miesta Naszeho potwierżajem tym to Prywilejem naszym ninieshnym Burmistrom i Raycom Radie Miesta naszoho wyżey pisannoho, i po nich buduczym U radnym wieczno i na wieki nieporuszono, majutsia oni i po tych

buduczy Burmiſtry i Raycy sprawowati, i raditi, wodłuh ſtarodawnych Obyczajow i Prywilejow, i Praw Prodkow Naſzych, jako pered tymſia sprawowali, a Poſpólſtwo użo czerez to niemajet tych nowych Członkow wynoſiti i ni w czym niemaiut im protiwni byti, ale owſzem maiut k-nim wo wſim poſluſzeńſtwo, jako k-ſtarſzym ſwoim mieti Y na to jeśmo dali ſiey Naſz Liſt z Naſzoju Pieczatiu. Piſan w Breſtiu Kujawſkim pod Lety Bożoho Narożenia, Tyſiecza Piać ſot Dwaccat ſzoſtoho, Mieſiaca Febralia dwaccat oſmoho Dnia, Jndikta czetwertonadcatoho. Sigiſmundus Rex. Wasnowski Marszałek i pisar.

Pieczęć przywieſiſta W. X. Litt.

A. 1526. *Feria Quarta poſt Dominicam Lætare, Prilegium Sereniſſimi Sigiſmundi Regis, ut Communitas Plebis obedientiam & reverentiam Magiſtratui exhibeat.*

Jn Nomine Domini Amen. Quoniam ea quæ in humanis geruntur negotiis facile ex Hominum labuntur memoria, niſi Literarum munimentis & miniſterio Poſteritatis commendentur notitiæ: ad perpetuam proinde rei memoriam, Nos Sigiſmundus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Samogitiæque &c. Dominus & Hæres. Significamus tenore præsentium quibus expedit, univerſis & ſingulis præſentibus & futuris harum notitiam habituris. Quòd, licet prius orta inter cives noſtros Vilnenſes controverſia, quam Communitas Plebis Civitatis ipſius moverat contra Magiſtratum suum, videlicet Præconſules, Conſules, Scabinos aſſerens jus suum municipale teutonicum Magdeburienſe negligenter, ac minus debite per eos adminiſtrari, regimenque urbis ipſius negligi ab eiſdem: unde Populares ipſi congeſſerant articulos quosdam cupientes Magiſtratum, se quoque, ipsos alios Totam Communitatem juxta hujusmodi articulorum tenorem & diſpoſitionem gubernari, super quibus quidem articulis Privilegium quoddam novum Plebi ipſi ad inſtantiam & petitionem Ejus concedendum duxeramus & commiſeramus, demum tamen attendendo articulos hujusmodi, Civibus ipſis aliàs Civitati præfatæ noſtræ non eſſe conducibiles, nec proficuos, quinimo nocivos; quorum prætextu uſque nonnulli Civium ipſorum variis & inexplicabilibus litibus involuti devenerunt ad inopiam, diſplicentiæque & diſſenſiones a vulgo contra Magiſtratum & intra ipsummet vulgus, quàm plurimæ fuerunt exortæ, in dieſque augebantur, unde & reverentiam Conſularibus debitam, Plebs ipſa exhibere ceſſaverat: attendendo itaque quod in aliis quibusdam Civitatibus Noſtris ex hujusmodi Diſſenſionibus, atque inſolentijs & temeritate Plebis Majeſtati etiam noſtræ difficultatis non minus eſt illatum, conſiderandoque quod dicta Civitas Noſtra Vilnenſis a pri-

primæva ſui origine & dotatione gaudens Juribus & Privilegiis ſuis antiquis, quibus per Divos olim Prædeceſſores Avum ſcilicet Genitoremque ac Fratrem noſtros Clariſſimos gratioſe & ſufficienter exſtat dotata & proviſa ſemper, hactenus in fide & probitate laudabiliter eſt conſervata; atque in Proventibus tum noſtris quam etiam ſuis aſſidue crevit. Qua propter matura intra Nos deliberatione præhabita; tum etiam de unanimi Conſilio (atq; ad interpellationem totius Gremij Conſiliariorum Noſtrorum Magni Ducatus Noſtri Lithvaniæ ſtatus utriuſque Privilegium prædictum de & ſuper *Nobis Articulis & quorundam novorum & inſolitorum Officialium* Inſtitutione & antiquorum diminutione noviſſime conditum, ipſosq; novos Articulos & Conſtitutiones, nec non omnes & ſingulas Litteras Noſtras, Commiſſariorumque Noſtrorum, quomodo libet deſuper emanatas, etiam pænas vel vadia vel aliud quidcunque continentia: & cujuscunq; ſint tenoris abrogandum caſſandum & annihilandum duximus, prout caſſamus & abrogamus & annihilamus, per præſentes *ad priſtinumque ſtatum regimenq; ac ordinem Civitatem ipſam*, ſcilicet cives tam civitatem quam Plebem integre & plenarie reducimus & redigimus nec non decernimus per Præſentes, perpetuoque duraturo Majeſtatis noſtræ Decreto, ſtatuimus, quòd exnunc in antea futuris perpetuis Temporibus nunquam licebit Communitati Plebis Civitatis ipſius hujuſmodi Articulos Novos & inſolitos neque quoſcunq; vel qualescunq; alios ſuggerere, neque ullas rixas diſſenſiones vel protervitates *contra Magiſtratum ſuum exercere vel ſuſcitare*, neque quovis modo vel colore Officio Eorum ſe ingerere, neque Jurisdictionem eorum impedire, ſed ſemper *In omnibuſque Reverentiam Obedientiamque debitam Magiſtratui ipſi* veluti Majoribus & Rectoribus ſuis exhibere tenebuntur *Magiſtratusq;* in numero ſuo videlicet Præconſulum Conſulum atque Scabinorum & in omnibus & ſingulis manebit, juxta primævam Inſtitutionem, & Conſvetudines ſuas antiquas approbatas, ultra quas quidem Conſvetudines antiquas Civitatis ipſius & Privilegia ejus nullas alias conſvetudines, nec Conſtitutiones novas in Civitate ipſa Conſulatû invito introducere, nec Officiales novos inſtituere, nec antiquos alios numerum ſolitum Præconſulum, Conſulum, & Scabinorum diminuere licitum erit, ſed perpetuo & in ævum Civitas ipſa omnes & ſinguli Concives regentur & gubernabuntur, juxta ſua antiqua Jura & Privilegia a Divis olim Prædeceſſoribus noſtris Civitati ipſi conceſſa. Quæ quidem Jura & privilegia atque Conſvetudines antiquas Civitatis ipſius in omnibus & ſingulis eorum conditionibus & Articulis, inhærendo prioribus Litteris Noſtris Confirmatoriis nunc quoque iterum approbamus & confirmamus, per præſentes, quas robur perpetuæ firmitatis habere volumus, & decernimus, in cujus Rei Fidem & Teſtimonium; ſigillum Noſtrum Ducale Præſentibus eſt ſubappen-

pensum. Datum in Niepolomiæ Feria Quarta poſt Dominicam Lætare, proxima Anno Domini Milleſimo Quingenteſimo vigeſimo sexto. Sigiſmundus Rex.

Sigillum appenſile M. D. L.

A. 1527. Feria sexta ante Dominicam Palmarum, Privilegium Sereniſſimi Sigiſmundi I. Transactionem inter Magiſtratum & Parochum Vilnenſem ratione Regiminis & Proviſionis Templi Parochialis S. Joannis factam confirmans.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam Rei memoriam. Nos Sigiſmundus Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Samogitiæ, Mazoviæq; &c. Dominus & Hæres. Significamus tenore præſentium quibus expedit univerſis, & ſingulis, præſentibus, & futuris, harum notitiam habituris. Quomodo coram Majeſtate Noſtra Nomine Præconſulum exhibitæ ſunt Litteræ Pergameneæ ſigillis ſubappenſis, Arbitrorum infra ſcriptorum, inter honorabilem Parochum Leonardum S. Joannis ibidem Vilnæ ex una & ipſos Præconſules, & Conſules, totamque Communitatem ejusdem civitatis partibus ab altera ſuper certis Obligationibus Authenticè factis in ſe continentibus, ſimulque supplicatum eſt Nobis quatenus approbare ratificare & confirmare dignaremur. Quarum Litterarum de verbo ad verbum sequitur & eſt talis: In Nomine Domini Amen. Sub Anno Nativitatis ejuſdem Milleſimo Quingenteſimo Vigeſimo Primo, Indictione Nona, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini Domini Leonis Divina Providentia Papæ Decimi Anno Ipſius Octavo Die Martis Nona Menſis Aprilis in Civitate Vilnenſi in Curia Plebanali penes Cemeterium Eccleſiæ Parochialis S. Joannis in Stuba Alba Majori ex oppoſito Caſtri ſituatæ in mei Notarij Publici & Teſtium infra ſcriptorum ad hoc vocatorum & rogatorum Præſentia perſonaliter conſtituti venerabilis Dominus Leonardus Rodianus Eccleſiæ Parochialis S. Joannis Rector ex una, & Famati Domini Andreas Mikolajewicz, Jacobus Babicz Georgius Odwienick, Nicolaus Miſchus, Hanus Czarniy, Gregorius & Georgius Mychowicz, Stephanus Syrometnik, Nicolaus Wołk, Petrus Ławryn, Præconſules & Conſules Civitatis Vilnenſis duo, & Domini Advocati Totiuſque Conſulatus Civitates & Communitates antedictæ Nominibus Partibus ex altera volentibus, ut aſſeruerunt litium an fructus amputare, & ad concordiam amicabilemque compoſitionem devenire de & super litibus quæſtionibus controverſiis & dispendijs omnibuſq; & ſingulis cauſis inter ipſos coram Judicibus Commiſſarijs tam per Sedem Apoſtolicam quam Regiam Majeſtatem & loci Ordinarium datis & Deputatis, & quibuscunque aliis auditoribus judicibus ſive Commiſſariis pro de & ſuper certis injurijs damnis Eccleſiæ & Plebano præfato quomodocun-

cunque illatis & inferendis, Regiminеque & bono ordine in dicta Eccleſia Sancti Joannis & Reparatione ejus facienda alijſque rebus hinc inde tunc datis exhibitis atque productis latius deductis & præmiſſorum occaſione motis & actu pendentibus finem imponentibus, dictaſque lites, Quæſtiones, Controverſias, Diſcordias & Differentias ut præmittitur subortas in toto extinguentes & integraliter concordantes, ac etiam quæ in poſterum suboriri poſſunt totaliter complacantes, ac laboribus & expenſis parcere cupientes omnibus melioribus modo via, jure cauſa ſtilo & forma quibus melius & efficacius potuerunt & debuerunt non coacti, non compulſi, aut aliqua ſiniſtra machinatione circumventi, ſed ſponte, libere, gratioſe ex certis eorum ſcientiis, ac propriis & ſpontaneis voluntatibus, maturiſque deliberationibus & conſiliis præhabitis, compromiſerunt ac de alto & baſſo compromiſſum fecerunt & covenerunt, & quilibet ipſorum Nominibus quibus ſupra & propriis compromiſit & convenit Venerabiles & Egregios Viros Dominos Nicolaum Kesgal Sedis Apoſtolicæ Prothonotarium Decanum, Albertum de Rozan Martinum Doctorem Canonicos Vilnenſes, Staniſlaum de Caſimirz unibidem Sancti Leonardi Præpoſitum utriuſque juris, Valentinum de Poznan Medicinæ Doctores, tamquam in Arbitros, Arbitratores & amicabiles Compoſitores, Præſentes dantes & concedentes eiſdem Dominis Arbitris, Arbitratoribus, & Amicabilibus compoſitoribus plenam, liberam & omnimodam poteſtatem & authoritatem ac ſpeciale & generale Mandatum laudantes & terminantes, omnes & ſingulas lites, quæſtiones, controverſias, diſcordias & differentias prædictas occaſione præmiſſorum inter dictas partes subortas prout eis videretur expediendas, Juris Ordine servato, vel non servato, verbo vel in ſcriptis omni ſolemnitate omiſſa, quomodocunque & qualitercunque ac arbitrandi, arbitramentandique componentes, laudantes, perpetuamque concordiam facientes, ac finem dictis litibus imponentes, promiſerunt inſuper dictæ partes manu ſtipulata mihi Notario publico infra ſcripto tanquam publicæ & authenticæ Perſonæ ſolenniter ſtipulanti & recipienti vice & nomine omnium & ſingulorum, quorum intereſt, intererit aut intereſſe poterit, quomodo in futurum præfati Domini Plebanus & Conſules compromittentes & eorum quilibet etiam nominibus quibus ſupra promiſit ſe gratum atque firmum perpetue id totum habiturum, quidquid per dictos Dominos Arbitros, Arbitratores, & amicabiles compoſitores compromiſſi hujuſmodi vigore, ordinatum, laudatum, ſententiatum, arbitratum, definitum & pronuntiatum fuerit, & contra hujuſmodi arbitramentum ſive arbitralem ſententiam per ſe vel alium ſeu alios publicè vel occultè, directè vel indirectè quovis quæſito colore vel ingenio nullo unquam tempore dicere, facere, vel venire de jure vel de facto, neque a ſententia hujusmodi appellare ſive provocare, neque in arbitrium boni ſe conduci facere aut re-

ducere sub pæna mille florenorum auri boni & justi ponderis medium tertium pro Ecclesia Cathedrali, medium tertium centum florenorum pro Ecclesia Parochiali Sancti Joannis Vilnensi, medium alterum centum pro Regia Majestate, & aliud medium alterum centum pro Episcopo Vilnensi, centum pro arbitris, pro parte concordiam arbitrariam & præmisso tenentium, residuum centum per partem contraventium irremissibiliter solvendum & applicandum pro quibus omnibus & singulis sic tenendis & observandis & adimplendis: & pæna hujusmodi in eventu contraventionis præfatæ partes obligaverunt se & bona sua mobilia & immobilia præsentia & futura jurisdictionis ordinariæ per quam volunt se cogi & compelli usque ad observationem omnium & singulorum præmissorum supposuerunt & submiserunt renuntiantes hinc inde dicti compromittentes omnibus & singulis exceptionibus dolis malis vis, metûs, fraudis, inficientes actioni non sic celebratæ contractus nec sibi traditæ potestatis promissionis & compromissionis aliter fuisse dictum, quam scriptum & ac etiam omnibus & singulis exceptionibus, actionibus Juris & facti expressis & nunc expressuris, quibus contra præmissa aut aliquod præmissorum dicere, facere, seu venire possunt, ut se in aliquo defendere vel tueri Quibus omnibus & singulis his, specifice & expresse renuntiare voluerunt & renuntiarunt, ac si de eis omnibus & singulis specificam & expressam fecissent mentionem, & eisdem renuntiassent & specialiter Jurisdictionis generalem renuntiationem non valere nisi præcesserit specialis & expressa, promiserunt hinc inde per supradictas pænas se nunquam contra præmissa vel aliquod eorum attentare, sive suffragium revocare, super quibus omnibus & singulis præmissis dicti Domini compromittentes à me Notario publico infra scripto petierunt publicum fieri & confici instrumentum. Acta sunt hæc Anno, indictione, Pontificatus, loco, die, mense quibus supra: Præsentibus Honorabilibus & Honestis Dominis Antonio & Boguslao Præsbyteris, Joanne de Cracovia, Venceslao de Myschogola Notariis publicis, Joanne Campanatore, & Martino Laico Testibus circa præmissa: tandem Anno, indictione, quibus supra duodecima mensis Aprilis in Civitate Vilnensi & in Curia Domini Decani præfati in stuba Alba, in Notarii publici infra scripti, & Testium ad hoc vocatorum & rogatorum præsentiâ, Præfatus Dominus Nicolaus Decanus Prothonotarius sedis Apostolicæ, Arbiter, de consensu & voluntate aliorum Arbitrûm in præsentia Advocati Vilnensis & partium sæpe dictarum, sententiam arbitrariam in scriptis tulit, & pronunciavit in hunc qui sequitur modum: Christi Nomine invocato solum Deum præ occulis habentes, per hanc nostram sententiam arbitrariam, quâ de Juris peritorum consilio maturaque deliberatione intra nos & Partium libere consensu habito ferimus in his scriptis, in causa & causis inter Venerabilem Dominum Leonardum

dum Rodianum Ecclesiæ Parochialis S. Joannis Vilnæ Rectorem ex una, & Famatos Dominos Nicolaum Advocatum, Jacobum Babicz, Andream Mikołaiewicz, Georgium Odwiernik, Nicolaum Mylchusz, Janusko Hanusz czarny, Gregorium & Georgium Mekowicz, Stephanum Syrometnik, Nicolaum Wolk, Petrum Ławryn, cæterosque Præconsules, & Consules, Totamque Communitatem Civitatis Vilnensis, partibus ex altera, coram Nobis Nicolao Wyiezgał Decano & Sedis Apostolicæ Prothonotario, Alberto de Rożan, Martino Doctore Canonicis Vilnensibus, Stanislao de Casimiria S. Leonardi Præposito utriusque juris, Valentino de Poznań Medicinæ Doctoribus, Arbitris, Judicibus tum ex commissione Illustrissimi ac Reverendissimi in Christo Patris Domini Joannis ex Ducibus Lithvaniæ Dei Gratiâ Episcopi Vilnensis, tum Partium prædictarum consensu, datis, deputatis, & electis pro de & super regimine bono in dicta Ecclesia faciendo, & supplendo, in eadem defectibus aliisque rebus inferius deducendis, & illorum occasione vertendis seu vertentibus per ea, quæ ex articulis utriusque Partis coram nobis productis propositionibus & responsionibus hinc inde factis, vidimus, legimus, audivimus & cognovimus, dicimus, declaramus definimus, & arbitramur, definientesque & arbitrantes volentes & desiderantes lites, causas, quæstiones controversias subortas, & quovis modo suboriri possunt inter eos, de & super præmissis omnibusque & singulis causis, inter ipsos coram Judicibus Commissariis, tam per Sedem Apostolicam, quam Regiam Majestatem & Loci Ordinarium datis & deputatis, & aliis quibuscunque Judicibus, Auditoribus sive Commissariis, præmissorum & infra scriptorum occasione & actu pendentibus, amicabiliter decidi, ac pro quiete cujuslibet ipsorum & ut quibus laboribus & expensis quos propterea subire oporteret; parcere possent, & ad pristinam amicitiam devenire pronunciamus, lites ipsas & causas inter Partes præfatas motas, imprimis mortificando omnia & singula Testamenta & legata mobilia seu transitoria per Fratres Fraternitatis S. Joannis quomodolibet facta, pro fabrica Ecclesiæ S. Joannis convertenda, obligationibus Rectorem seu Plebanum concernendis, quæ sibi & non alteri cedere debent, nec non perpetuis Legatis dictæ Fraternitatis, ut est Fundatio Anniversariorum factis & fiendis, quæ pro Fraternitate hujusmodi perpetuè spectare debent; duntaxat exceptis: cætera autem legata pro præfata Ecclesia facta & fienda, ad nullum præter Ecclesiæ usum convertenda sunt, legata vero quæcunque Plebano facta Eidem ab aliis pro tempore existentibus habere & repetere licebit. Quæ quidem Testamenta legata, mobilia præscripta Ecclesiæ & Fraternitati facta & fienda cæterosque proventus ob dictam Ecclesiam S. Joannis spectantes, Vitrici Ecclesiæ repetant & exigant, ad Thesaurumque Ecclesiæ reponant, ad quem Thesaurum tres habeantur Claves, una apud Ple-

num pro tempore existentem, secunda apud Consulatum & tertia apud vitricos, qui vitrici pecunias de Thesauro pro usu Ecclesiæ ubi opus fuerit de consilio & consensu Dominorum Plebani & Consulatus convertant, ea omnia juxta voluntatem Testatorum, vitricos autem unum, Plebanus & alium Consulatus futuris perpetuis temporibus ex Gremio Consilii bene possessionatos eligant, qui sic electi anno quolibet de perceptis & expensis, Plebano, Consulibus plenam & integram faciant rationem in loco per ipsos eligendo, Seniores Fraternitatis, Consulatus eligat juxta antiquam consvetudinem in Curia & in Domo Plebanali, quos Seniores de legatis mobilibus, præfatis Plebano & Consulibus faciendis, rationem astringimus, de privata autem & speciali ratione inter Seniores & Fratres Fraternitatis fienda, Plebanus se non intromittat, de proventibus autem ex sacello infra sermonem Polonicum videlicet & Lithvanicum vitrici de uno thure & carbonibus provideant, & quid quid supererit, ad usum Eccclesiæ sub Plebano & Consulibus visum fuerit exponant, ad Possessionem vero damus in Cemeterio dictæ Ecclesiæ sumptibus Fraternitatis muro ædificatam. Seniores Fraternitatis totamque Fraternitatem realem & actualem perpetue tenentes restituimus. Nihilominus ipsa Fraternitas pro adjutorio Domus per Plebanum pro Vicariis Ecclesiæ ædificandæ decem millia laterum medium alterum centum cementi tonnas dare tenetur, Rectorem autem Scholæ Plebanus & Consulatus invicem eligant perpetue, quem sic electo Plebano pro tempore existenti præsentent, qui sibi in omnibus licitis, & honestis obedire & eundem in quantum rebellis & inobediens fuerit, Plebano alienare licebit; Sacrista per Plebanum, campanator per Consulatum eligantur fide digni. Cæterum proventus ex Scabellis per privatas Personas pro sui devotione in dicta Ecclesia ædificatos & ædificandos & a venditione candelarum provenientes, vitrici exigant, & ad usum Ecclesiæ juxta aliarum Ecclesiarum consvetudinem convertant, de locis autem ad sepelienda funera mortuorum vitrici provideant, a quibus & pecuniam repetant, pro usuque Ecclesiæ convertant, quæ funera si per solos scholares ad Ecclesiam seu locum sepulchri conducentur; tres grossos, si cum Sacerdotibus & Plebano processionaliter: a Paupere ad minus grossi sex, à Divite ad majus duodecim, sine verò Plebano a Processione per Presbyteros, in quantum Plebanus seu ipsius Commendarius legitimis non fuerit impeditus negotiis, a Paupere quatuor a Divite ad minus sex grossi persolvantur, a Vigiliis tam Divitum quam Pauperum indistincte grossi duodecim, a Salve unus grossus solvi debet, a Psalterio seu conductu prout quis cum Plebano facilius convenire potest, nemo tamen per cives præter scholares Parochiæ ad legendum Psalterium recipiatur. Tectura vero Funerum ex auro, argentoque, textili aut serico cujusvis generis ab extraneis medium, a civibus verò totum

vitri-

vitrici recipiant & ad fabricam Eccleſiæ aut alios uſus convertant, prout Plebano & Conſulibus viſum fuerit, cætera vero, ut ſunt: Equi Locidices pannum tela, & alia hujuſmodi præter veſtes ſericas, Plebanus pro tempore exiſtens recipiet, pro uſu beneplacito convertet, & à funeris exequiis pro Eccleſia ſub anno factis, Plebanus ſolo gaudebit offertorio, omnes autem Candelas *Poſtawniki ſwiecone* etiam circa funera mortuorum oblatas, poſt funeris ſepulturam & exequijs Quadrageſimiſque & triceſimis peractis vitrici recipiant, & de his reſiduoque quod à Paſchali candela ſupererit majus Altare & ubi opus fuerit provideant, alias autem candelas, quæ ex devotione per Chriſti fideles offeruntur ſingulis diebus, Plebanus tollet & recipiet pro uſu ſuo, Candelam vero Paſchalem vitrici ex Compoſitione Civium ad eandem provideant, quæ contiguè circa Altare Majus per Annum ſtare debet, Prædicatores vero Plebaneos Lithvanum, Conſulatus Polonum idoneos providere tenebuntur. Organiſta autem gaudebit ſolario circa columbationem. Plebanus Domus Civium cum honeſta Familia intret, qui ipſos & illorum Familiam non irritent, quem honeſte cives tanquam ſuum Paſtorem excipient, & juxta antiquam conſvetudinem ipſi tribuant. Miſſæ autem a prima uſque ad ſummam in dicta Eccleſia continuè celebrentur, unus Presbyter poſt alium, quem Ordinem Plebanus pro tempore exiſtens providere tenebitur. De pulſalibus verò, a civibus medium pro Fabrica Eccleſiæ & medium pro Plebano cedere debebit, ab extraneis verò Plebanus pro tempore exiſtens totum percipiet. Quæ omnia ſupra dicta per partes præfatas, inviolabiliter perpetuè obſervari volumus, ſub pœnis in Compromiſſo ſuperius deſcriptis, laudamuſque & definimus, arbitramur, pronunciamus, & mandamus hac noſtra ſententia arbitraria mediante, cujus ſententiæ Nobis, & Domino Epiſcopo præfato reſervamus, interpretationem, quam quidem ſententiam arbitrariam Reverendus Dominus Epiſcopus Vilnenſis ſuperarbiter in omnibus articulis, punctis & clauſulis confirmat, approbat ratificat, & futuris perpetuis temporibus ſub Cenſuris Eccleſiaſticis & pœnis præfatis ſimiliter obſervare mandat. Articulo de Proceſſione dum funera mortuorum ducuntur, ſive Plebanus intererit ſive non, duodecim groſſos ſolvi voluit duntaxat excepto ſuper quibus omnibus præmiſſis dictæ Partes petierunt a me Notario Publico deſuper Publica confici inſtrumenta, Acta ſunt hæc Anno, Indictione, Pontificatus die quibus ſupra. Præſentibus Reverendis Dominis Joanne Filipowicz Dei Gratia electo Confirmato Kijovienſi Cuſtode, Joanne Silvio amato utriuſque Doctore Magiſtro, Staniſlao Dombrowſki Canonicis Vilnenſibus, Joanne & Venceſlao Notariis Publicis Teſtibus ad præmiſſa vocatis, atque rogatis. Nos itaque Sigiſmundus Dei Gratia Rex Poloniæ & Magnus Dux Præfatus attendentes præinſertam concordiam Authenticè juſte ac pie

 factam

factam fuiſſe, in canonem illius Eccleſiæ S. Joannis Vilnenſis Conſentientes de ſcientia ex gratia Noſtra approbandam, & confirmandam duximus, approbamuſque & confirmamus, Præſentibus decernentes: eam in omnibus punctis, articulis & conditionibus, atque toto ejus tenore valorem & robur, perpetuæ inviolabiliſque firmitatis obtinere, tenore præſentium mediante. In cujus rei teſtimonium ſigillum Noſtrum, Præſentibus eſt subappenſum. Actum & datum Cracoviæ Feria ſexta proxima ante Dominicam Palmarum Anno Domini Milleſimo, quingenteſimo, vigeſimo ſeptimo, Regni Noſtri vigeſimo primo, præſentibus ibidem Reverendiſſimo Patre Domino Laurentio Epiſcopo Camenecenſi & Præpoſito Vilnenſi, Boguſlao Theſaurario Capitaneo Słonimenſi, atque Joanne Hronoſtay Tenutario in Dorſuniſzki Notariis Magni Ducatûs Noſtri & aliis Fide dignis ad præmiſſa Sigiſmundus REX.

Sigillum appenſile M. D. Litt:

A. 1528. *In Vigilia Nativitatis Domini, Literæ Sereniſſimi Sigiſmundi I. Regis Poloniæ, ad Caſtellanum Brzeſtenſem & Teloneatores Regni, ne in oppido Sierpcz dicto teloneum ullo modo á Mercatoribus Vilnenſibus exigant.*

Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Ruſſiæ, totiuſque Pruſſiæ, & Maſoviæ, &c. Dominus & Hæres. Generoſo Joanni Leſzczyńſki Caſtellano Brzeſtenſi & Capitaneo Radziovienſi fideliter Nobis dilecto, & aliis Teloneatoribus Noſtris, ad præſentis negotii intereſſe quomodolibet habentibus gratiam Regiam, Generoſi, Nobiles ac Famati dilecti. Quæſti ſunt Nobis fideliter subditi Noſtri Civitatis Vilnenſis, quòd ab ipſis novum quoddam & inſolitum Teloneum ratione Ceræ a qua hic Nobis teloneum pendere ſoliti ſunt, in oppido Sierpcz exigitur, quod illi nunquam antea ſolvere fuiſſent conſveti, neque ad ipſius ſolutionem per quempiam Teloneatorem in præfato oppido Sierpcz in quam cogebantur, quòd ſi ita eſt: fidelitati tuæ & univerſis quorum intereſt, tenore præſentium mandamus, quatenus præfatos Cives Vilnenſes ad hujuſmodi novum & inſolitum teloneum non cogatis, neque illud ab eis præfato modo exigere audeatis, gravi ſub indignatione noſtra, ſecus non facturis. Datt. Vilnæ in Vigilia Nativitatis Domini, Anno Domini Milleſimo quingenteſimo vigeſimo octavo, Regni noſtri Anno Vigeſimo ſecundo. Sigillum minus Regni Poloniæ: ad mandatum Majeſtatis Regiæ proprium Joannes Choieńſki Archidiaconus Cracovienſis.

Anno

Anno 1533. *Die* 23. *Decembris. Literæ Serenissimi Sigismundi I. Regis Poloniæ, ad Teloneatores Ducatus Masoviæ, ne ullum teloneum à Cera, & aliis mercibus Mercatorum Vilnensium exigant.*

Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, totiusque Prussiæ, ac Masoviæ &c. Dominus & Hæres. Universis telonei nostri exactoribus, Notariis & custodibus in Regno, & præsertim in Ducatu nostro Masoviæ consistentibus, signanter autem Nobili Christophoro Czermieński eiusdem telonei nostri in Ducatu Samogitiæ Exactori & Custodi, tenore præsentium significamus. Quia Mercatores & incolæ Civitatis Nostræ Vilnensis: quæsti sunt Nobis plurimùm, quod in pluribus locis ejusdem Ducatus signanter autem in Sierpcz novum quoddam & insolitum teloneum ratione ceræ & aliarum quarumcunque mercantiarum nunc ab eis exigitur, quod tamen superioribus annis nunquam exigebatur, supplicaveruntque Nobis, ut Eos in libertatibus eorum juxta antiquam consvetudinem conservari mandaremus. Nos itaque attendentes quod his annis nullum novum teloneum instituerimus, vobis omnibus supra scriptis districtè præcipiendo mandamus, quatenus præfatos mercatores Civitatis nostræ Vilnensis cum eorum rebus & mercibus absque alicujus novi & insoliti telonei exactione ire, & transire liberè & securè permittatis & permitti faciatis, nihil ab illis præter solitum & à nobis aut nostris Prædecessoribus institutum exigentes, secus facere non ausuri, sub indignatione nostra. Datum Vilnæ sub Annulo Nostro Vigesima tertia Decembris Anno Domini Millesimo Quingentesimo trigesimo tertio, Regni nostri Anno vigesimo septimo. Sigillum minus Regni Poloniæ. Relatio Reverendi in Christo Patris Domini Joannis Choieński Episcopi Premisliensis.

A. 1535. *Feria sexta post Dominicam Lætare. Decretum Serenissimi Sigismundi I. Regis Poloniæ, Magni Ducis Lithvaniæ, inter Civitates, Vilnensem & Caunensem latum, quo non tantum depositio mercium in civitate Caunensi civibus Vilnensibus, sed etiam forisatio omnium mercium in eadem civitate & Rippis Fluvii Vilia dicti atque inde in alias Regiones defluitatio juxta Jura Civitati Vilnensi servientia adjudicata est.*

Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ Russiæ, Prussiæ, Samogitiæ, Masoviæque &c. Dominus & Hæres. Significamus tenore præsentium quibus expedit universis & singulis, harum notitiam habituris, præsentibus & futuris: Quia orta controversia inter civitates Nostras Vilnensem & Caunensem, propositum fuit coram Nobis judicialiter ex Parte

Advocati Conſulatuſque totius Communitatis Viinenſis contra Advocatum conſulatum & communitatemCaunenſem, quia Ipſi contraveniendo Privilegio Divi olim Regis & M. Ducis Caſimiri Genitoris & Prædeceſſoris noſtri, Chariſſimi,eis ipſis Civibus Vilnenſibus, de & ſuper libera ac immuni eis ubicunque per Civitates Dominiorum noſtrorum mercandi facultate & aliis prærogativis liberaliter conceſſo, & per Nos confirmato, ab eis ipſiſque civibus Vilnenſibus in aſſiduo uſu continuè & indeſinenter obſervato prætendunt, non eſſe integrum ac liberum in civitate eorum Caunenſi ipſis Vilnenſibus juxta hujuſmodi privilegiatam eorum libertatem, conſvetudine approbatam foriſandi ſeu mercandi cum quo voluerint, & non debere eos, eâ ipsâ mercandi libertate gaudere ac uti frui, & quod merces ſuas ipſi Vilnenſes in eundo & redeundo trans Caunam, terra vel aquâ tranſvehere & juxta beneplacitum ſuum de eis illic diſponere minimè licitum habeant, donec prius merces ipſæ eorum illic in civitate Caunenſi depoſitæ & locatæ fuerint perſeveraverintque ibidem ad minus triduo vendicantes per id Civitati ſuæ Caunenſi depoſitum mercimoriale alias *Skład.* Ex adverſo Caunenſibus Advocato ſcilicet, PræconſulibusConſulibus& nonnullis exCommunitate cum pleno & ſufficienti a tota civitatis ſuæ Communitate Mandato, litem conteſtando Jure, id, ac legitimè vigore Privilegii ſui tenendum eſſe allegantibus, & exhibitis coram Nobis deſuper hinc inde Privilegiis & utraque parte in continuo uſu Privilegii ſui & conſvetudinis ab antiquo obſervatæ aſſeverante ſe fuiſſe & eſſe, & Producti fuerunt coram Nobis parte ab utraque, pro verificatione hujuſmodi intentionum earum, teſtes qui cum parte Vilnenſium ex pluribus vicinitate conjunctioribus Civitatibus publicitus miſſi & accerſiti & numero & conditione atque convenientiâ Teſtimonii eſſent integriores, & Juri Adverſis præferendi admittendique ad teſtificandum & jurandum deſuper elegerunt, itaque ad præſtandum juramentum Advocatus, Præconſules, Conſules cæterique Caunenſes unanimiter imprimis ex ipſiſmet Actoribus PræconſulibusConſulibuſque Vilnenſibus, Honeſtos Martinum Stulbicz, Jarmolaum Szłotowicz, Martinum Neſtziuk, & Joannem Mielnik, ex teſtibus vero de una quaque Civitate, ſingulatim de Troki videlicet Jacobum Advocatum & Jwanum Tolokońſki Præconſulem, de Grodno Paulum Bogdanowicz Præconſulem, de Szoſli Georgium Advocatum, de Gedanenſi vero civitate Conradum Klippingk & Thomam Roſth, qui quidem ſic ad jurandum per Caunenſes electi, & imprimis duo Præconſules & duo Conſules Vilnenſes prædicti in Prætorio Civitatis ſuæ in præſentia Generoſi Andreæ Michayłowicz Ducis Coſirńſki Mareſchalci noſtri ad id à nobis ex brachio noſtro ſpecialiter deputati & miſſi, ac in præſentia Advocati, Præconſulum & Conſulum Caunenſium eos ad jurandum ducentium corporale ut fide digna præfati Andreæ Coſtrſki di-

didicimus relatione; præſtiterunt juramentum, quod nunquam in civitate Caunenſi, nec extra eam in domibus incolarum ejus, ac aliis locis circumvicinis civitati illi adhærentibus supra nec infra Civibus Vilnenſibus cum mercibus eorum quibuſcunque ex neceſſitate depoſitum erat, ſed quod liberum ipſis omnibus fuit, in eundo & redeundo merces ſuas in utriſque Fluviorum rippis, lociſque aliis & domibus civium Caunenſium & ubicunque alicui placuerit, deponere, depoſitaque juxta eorum Privilegii continentiam diſponere, foriſare, mercari & vendere complacuerit, iterumque juxta unicujuſque beneplacitum, ſine quavis retentione & contradictione Caunenſium, infra & ſupra tam aquâ quam terra, & per utrumque fluvium tranſvehere ſuis, quoſcunque & undecunque habere poterint, vectoribus ſeu Nautis, quo quidem juramento taliter per eos præſtito, & per Caunenſes audito, teſtes quoque Vilnenſium per Caunenſes ut præmittitur electi ſuperius nominati ſub ſimili ac eadem forma juraverunt. Nos itaque auditis & cognitis præmiſſis de unanimi voluntate, conſenſu, & Conſilio Conſiliariorum noſtrorum M. Ducatus noſtri ſpiritualium atque Sæcularium controverſiam hujuſmodi Civitatum noſtrarum prædictarum decidendo & definiendo pronunciavimus & ſententiavimus: Quod Cives Vilnenſes quemadmodum hactenus Privilegio ſuo ſupra dicto, Prærogativiſque ac libertatibus in eo expreſſis, juxta conſvetudinem antiquam jugiter & ſine intermiſſione uſi ſunt, ita & in futurum perpetuis & ſempiternis temporibus ipſi Cives Vilnenſes moderni & Succeſſores eorum utantur, integramque habeant libertatem juxta hujuſmodi Privilegii ſui tenorem, & antiquam eorum conſvetudinem hactenus obſervatam & per documentum ſupra expreſſum juridicè & plenariè comprobatam, merces ſuas pro beneplacito ſuo, & non ex neceſſitate prout Caunenſes vigore Privilegii ſui prætendebant in Civitate Caunenſi & rippis utriuſque fluvii aliiſque locis deponendi eaſq; in locis hujuſmodi vendendi commutandive cum quo voluerint, & alios juxta beneplacitum ſuum diſponendi & iterum libere abſque cujuſvis impedimento, retentione & contradictione exinde dum eis placitum opportunumve fuerit, tam terrâ, quam aqua tranſvehendi & transportandi infra & supra teloneariis duntaxat noſtris ibi Caunenſibus ſe notificando non obſtante Privilegio Caunenſium cujus prætextu in præmiſſis innitebantur, quibus ſilentium deſuper indiximus, injunximus & impoſuimus perpetuum, Privilegiumque Vilnenſium quo in præmiſſis fulciantur, in omnibus & ſingulis ejus articulis, punctis & clauſulis eos hic pro expreſſis habendo, nec non conſvetudinem antiquam de & ſuper uſu Privilegii ejuſdem ut præmiſſum eſt veritate fultum in plenaria & integra firmitate reliquimus & conſervavimus decernendo Privilegium & conſvetudinem hujuſmodi, robur firmum obtinere perpetuo & in ævum: harum quibus Sigillum noſtrum eſt ſubap-

M 2 pen-

penſum, teſtimonio & munimine literarum. Actum & datum. Vilnæ Feria sexta poſt Dominicam *Lœtare* proxima. Anno Domini Milleſimo Quingenteſimo trigeſimo quinto, Regni vero & Magni Ducatus noſtrorum vigeſimo nono. Præſentibus Reverendis in Chriſto Patribus ac Magnificis Dominis Joanne Vilnenſi, Venceſlao Miedniſcenſi Epiſcopis, Alberto Martini Gaſtoldt Comite in Murata Geranoyny Palatino Vilnenſi, Cancellarioque Noſtro Capitaneo Bielſcenſi & Moſirienſi, Georgio Nicolai Radziwill Caſtellano Vilnenſi Mareſchalco Curiæ noſtræ Campiductore generali Capitaneo Grodnenſi & Lidenſi, Joanne Joannis de Zabrzezie Palatino Trocenſi Mareſchalco Terreſtri, Joanne Nicolai Radziwill Capitaneo Samogitienſi & Caunenſi, Staniſlao Alberti Gaſtoldt Comite in præfata Murata Gieranoyny Palatino Novogrodenſi, Gregorio Gregorii Oſtikowicz Structore menſæ noſtræ & alliis Proceribus Baronibuſque Conſiliariis Noſtris ſincere nobis dilectis. Per manus præfati Magnifici Alberti Gaſtoldt Comitis in Murata Gieranoyny Palatini Vilnenſis Cancellarii Magni Ducatus noſtri. Sigiſmundus REX.

Sigillum appenſile M. D. L.

A. 1536. *Die* 6. *Auguſti Privilegium Sereniſſimi Sigiſmundi I. ſuper Pontem in fluvio Vilia dicto exiſtentem cum ordinatione Telonei a pertranſeuntibus exigendi, imprimis Ulrico Hoſio, ſecundariè vero Xenodochio ſanctiſſimæ Trinitatis, collatum.*

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam Rei memoriam. Regum ac Principum præclara geſta quæ ad commoda Generis humani augenda & propaganda ſuſcipiuntur, propterea immortalite digna judicantur, & eorum exemplo grata poſteritas incenſa ad ſimilia, aut etiam majora facienda provocaretur, quæ niſi Literarum munimentis commendentur: facile ex hominum memoria elabeſcunt. Proinde Nos Sigiſmundus Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſoviæ, Samogitiæque, &c. Dominus & Hæres. Manifeſtum facimus tenore præſentium univerſis & ſingulis tam præſentibus quam futuris harum notitiam habituris, quia cum nos retroactis Annis Nobiſcum reputaremus, moleſtias, sumptus, & incommoda Subditorum noſtrorum Magni Ducatus Lithvaniæ & aliorum Hominum quæ in traiiciendo Navigiis Flumine Vilia apud Civitatem noſtram Vilnenſem ſubire cogerentur, damnaque rerum ſuarum quas ducebant; in eodem Flumine facerent, cogitantesque quo pacto hujuſmodi incommodis eorundem subditorum obviare poſſit; conſilium cæperamus extruendi firmi alicujus Pontis in eodem Flumine, inſtigante etiam nos ad id faciendum Generoſo olim Ulrico Hoſio Horodniczy Caſtri noſtri Vilnenſis, & proinde quod nobis conſultum videbatur, perficere

ficere volentes, cognitamque ac perſpectam habentes fidem & integritatem ejuſdem olim Generoſi Ulrici Hoſſii, commiſeramus ei, ut ipſe Pontem ipſum in flumine Vilia apud eandem Civitatem noſtram Vilnenſem majori, qua fieri poſſit & ei videretur firmitudine propriis ſumptibus & impenſis exſtrueret & ædificaret ſub modis & conditionibus infra ſcriptis, videlicet quod extructo & conſtituto Ponte prædicto, ita ut advenientes Homines, commodè pertranſire huc atque illuc poſſent; jus faſque eſſet authoritate & permiſſione noſtra eidem Ulrico Hoſio Vectigal ſive Teloneum pontale in eodem loco, à pertranſeuntibus petere & exigere modo infra ſcripto, ſcilicet ab uno curru lignorum aut ſtraminis fœni & omnis generis frumentorum & ab aliis rebus, quaſcunque venales uno equo quiſque vexerit, unam denarium ſive obolum, ab uno vaſe ſive tonna ſalis unum obolum, ab uno curru mercibus onuſto qui duobus equis ducitur denarios ſive obolos quinque, ab uno curru mercibus ,onuſto, qui uno equo ducitur, denarios ſive obolos tres, à quolibet Bove & vacca, & ab eo quidquid trans flumen ad vendendum ducitur, ſive pellitur denarium ſive obolum unum, ab uno cumulo argillæ pro conficiendis lapidibus coctis, qui lateres appellantur, groſſos viginti. Ex eo autem vectigali, ſive teloneo poteſtatem feceramus eidem Ulrico Hoſio, omnes ſumptus & impenſas quaſcunque in exſtruendo dicto Ponte feciſſet, compenſandi, & reſarciendi tam diu, donec tota ſumma ab eo expoſita ei exolveretur; poſteaquam vero ſumptus & impenſas ſuas, quas in extructione Pontis feciſſet, rurſus ex eodem Vectigali ſeu Teloneo recuperâſſet, mandata illi ſimiliter vivæ vocis oraculo dederamus, ut reliquas Partes & ſummas Pecuniæ, quæ ex eodem Vectigali Pontis prædicti ultra ſumptus ab eo factos provenirent, & colligerentur, pro exſtruenda Domo Hoſpitali pro egenis & langvidis Hominibus apud Monaſterium Fratrum Prædicatorum ordinis Sancti Dominici Eccleſiæ Sancti Spiritus, in eadem civitate noſtra Vilnenſi collocandis, proque illorum ſuſtentatione & cura convertere. Qui quidem Generoſus Ulricus Hoſius voluntati & Mandatis noſtris ſatisfaciens, Pontem ipſum in flumine Vilia prædicta, apud civitatem noſtram Vilnenſem magnis ſumptibus & impenſis, omnique cura & diligentia erexit, & ædificavit, atque ad omnem quam potuit diuturnitatem firmavit, vectigalque ipſum ſive Teloneum Pontale juxta Præſcriptum noſtrum ſuperius expreſſum conſtituens, ex eo ſummas Pecuniæ, quas in ædificando dicto Ponte impenderat, ſibi ipſe proceſſu temporis deduxit & defalcavit, eodemque opere deinde perfecto & abſoluto, ad alteram voluntatis & Mandatorum Noſtrorum partem converſus, Hoſpitale prædictum apud Monaſterium Fratrum Prædicatorum, quod antea ædificare cæperat, perficere conatus eſſet, bonamque ejus partem ex muro conſtruxiſſet, prius tamen quam id

N po-

potuerit ad effectum perducere, ut eſt mortalium conditio humanis rebus morte exutus eſſet, Noſque in ejus locum Generoſum Joannem Hoſium Filium præfati olim Ulrici ſufficeremus, qui non minori fide ac virtute Patrem ſecutus cum reliqua officia ſibi, à nobis data, tum vero hoc ipſum Vectigal Pontale adminiſtrans ſe ſe nobis vehementer probavit, quemadmodum etiam in reſtauratione ejuſdem Pontis, qui verò ſuperiori impetu aquarum & glacierum fractus & direptus fuerat, induſtria ſua declaravit, ad priſtinam firmitatem & uſum hominum pecunjis ex eodem vectigali antea pro parte collectis & pro reſiduo colligendis noſtra voluntate & Mandato reſtituens. Nos igitur cupientes, ut Pons ipſe ſic exſtructus perpetuis futuris temporibus durare, & quotiesſcunque vel tempore vel caſu aliquo adverſo aut vi & impetu aquarum devaſtaretur inſtaurare, rurſus & reædificari poſſit, vectigal prædictum ſeu teloneum ſuperius deſcriptum quemadmodum Præfatus olim Ulricus Hoſius & Joannes ejus Filius ex voluntate & Conſtitutione Noſtra ſuperius deſcripta, exigebant de certa ſcientia & voluntate noſtra Regia inſtituendum in eodem Ponte, duximus, & inſtituimus, harum ſerie Literarum, ita ut homines cum rebus & mercibus ſuis illum pertranſeuntes, ſecundum ordinationem noſtram ſupra expreſſam ſolvere teneantur & debeant. Quod quidem vectigal ſeu Teloneum Pontale præfatus Generoſus Joannes Hoſius per eos, quos ad id deligendos & deputandos duxerit, exiget & exigi faciet. Ut autem hoc ipſum Teloneum Pontale a nobis ſic, ut præmiſſum eſt, inſtitutum, comulatiores fructus & proventus adferat, ad eos uſus ad quos illud deſignavimus ſuſtinendos, prout in infra ſcripta ordinatione noſtra continetur & habetur, inhibendum perpetuo duximus & inhibemus ſub amiſſione bonorum omnibus & ſingulis Palatinis, Caſtellanis, Capitaneis & aliis officialibus ac ſubditis noſtris, cujuſcunque ſtatus, ordinis, dignitatis & præeminentiæ exiſtentibus, ne ipſi aut quiſquam illorum conjunctim vel duciſſim alium Pontem præter hunc in eodem fluvio Vilia alibi ædificare & erigere præſumat, intra terminos à nobis deſignatos, hoc eſt: incipiendo ab oppido Byſtrzyca ſurſum uſque ad aliud oppidum noſtrum Kiernow, deorſum, adeo ut nullus alius Pons inter hæc oppida præter hunc noſtrum Vilnenſem exſtrui vel ædificari poſſit, in præjudicium telonei pontalis præfati, non licebit præterea hoc noſtro interdicto & prohibitione mediante cuiquam Subditorum noſtrorum parvos ponticulos qui *Jazy* vocantur in eodem fluvio in aliis locis extruere incipiendo, à Curia noſtra Niemenczyna uſque ad oppidum noſtrum Kiernow prædictum ſub ſimilibus amiſſionibus bonorum, & aliis pænis arbitrio noſtro exigendis, interdicta etiam eſſe volumus & interdicimus ac prohibemus Navigia quæ *Promy*, vocantur, in eodem flumine Vilia ita quod nemo Officialium aut Subditorum noſtrorum illis uti poſ-

ſit

ſit intra Villam Verki Epiſcopatus Vilnenſis & Villam Ponary Capituli Eccleſiæ Vilnenſis ſurſum ac deorſum in præjudicium ejuſdem telonei pontalis, à nobis inſtituti, ſub pænis noſtris ſupra expreſſis. Et quoniam nos ſicut antea teſtati ſumus Pontem prædictum, pietate in Subditos noſtros permoti erigi & ædificari feceramus, ita etiam vectigal ipſius & teloneum prædictum in ejus reparationem & in egenorum languentiumque Hominum uſus longe antea animo deſtinaveramus; propterea volentes jam tandem animi noſtri inſtitutum ad effectum perducere & inopiæ eorum qui eleemoſinam exſpectant ſuccurrere, commiſeramus nonnullis Conſiliariis noſtris, ut Hoſpitale apud Monaſterium S. Spiritus ſitum, quod præfatus olim Ulricus Hoſius muro ædificare cæperat; reviderent, & quemadmodum perfici, aut quibus finibus & ſpatio loci concludi poſſet, diligenter unà cum Fratribus Monaſterii prædicti conſtituerent, qui commiſſionem noſtram exequentes retulerunt coram nobis ſe cum eiſdem Fratribus S. Dominici ita conſtituiſſe, ut dictum Hoſpitale neceſſario loci ſpatio in quo ea, quæ ad uſum Domus hoſpitalis prædicti pertinent, erigi & ædificari poſſint, quod ab eis oſtenſum & deſignatum eſt in hunc modum, incipiendo ab introitu ſive Porta ad Curiam hoſpitalis quæ eſt in vico ex oppoſito valvæ Cemeterii Eccleſiæ S. Spiritus, à qua Porta porriguntur limites longitudinis areæ Hoſpitalis undevis uſque ad finem Domorum Petri Pusdrowicz, & Pauli Pieſtowicz Civium Subditorum Reverendi Domini Epiſcopi Vilnenſis, centum ulnis ſive triginta quatuor cubitis, latitudinis vero ab area Eccleſiæ hoſpitalis in loco ſuperiori ejuſdem areæ viginti ulnis ſive ſeptem cubitis, area vero inferior penes Domum & Hortum Petri Puſdrowicz uſque ad finem Domus Pauli Pieſtowicz habens ulnas ſexaginta ſive cubitos viginti, ejus vero longitudo à fine horti Puſdrowicz penes hortum Conventualem Stephani Tubicinis noſtri ſurſum habens triginta ſex ulnas ſive cubitos duodecim, quodque etiam duplici ingreſſa dicta Domus hoſpitalis gaudere debeat, altero videlicet ab ea parte quà itur ad Eccleſiam S. Spiritus Monaſterii prædicti, altero in latere quod ſpectat plateam S. Spiritus appellatam, cui quidem hoſpitali ac Pauperibus in eo habitantibus ac uſibus eorum, teloneum pontale prædictum nos de benignitate noſtra Regia perpetuo dandum, donandum, aſſignandum & inſcribendum duximus, prout damus, donamus, aſſignamus & inſcribimus modis & conditionibus infra ſcriptis, ita videlicet quod hoc tempore quo dictum hoſpitale inſtauratione & tota fere ſtructura indiget, ſupra nominatus Generoſus Joannes Hoſius quem ejusdem Pontis & Hospitalis Procuratorem & Proviſorem conſtituimus, vectigal ipſum Pontale quod ejus adminiſtrationi, uti Proviſori hoſpitalis præfati commiſimus, ſimiliter & cenſus omnes atque obventiones & oblationes, quaſcunque pia Chriſti Fi-

lium devotio vel contulit iam, vel deinceps conferet: semper exiget & percipiet ex ejusque proventibus dictum Hospitale cum omnibus ædificiis, quæ ad illud necessariæ videbuntur, ædificabit & construet, ita ut in eo Pauperes & langvidi homines includi & collocari commode ac vitam degere possent, quemadmodum id ejus industriæ & integritati committimus præsentibus literis nostris. Posteaquam vero hospitale prædictum ædificaverit ac quemadmodum opus fuerit, perfecerit, extunc reliquos proventus ejusdem telonei pontalis per Nos præfato hospitali inscripti singulis annis sequentibus in victum, amictum & medicinas, aliosque usus domesticos Pauperum in eodem hospitali tunc collocatorum convertet & impendet, aliique ejus Successores quos in eodem officio & administratione Nos ipsi constituerimus, aut Successores nostri constituerint, convertent & impendent, convertereque & impendere debeant & teneantur perpetuo & in ævum, ita tamen quod dictus Joannes Hosius & ejus Successores præfati partem aliquam proventum dicti telonei pontalis, singulis annis retinere & conservare omnino sint astricti, quæ in reparationem & instaurationem Pontis præfati ac Hospitalis quoties opus venerit deponi ex parato possit, cura vero & administratio spiritualium Sacramentorum Pauperibus & aliis hominibus in dicto hospitali pro tempore commorantibus incumbere debebit & incumbet Priori & Fratribus præfati Monasterij S. Spiritus, ut Missas illic celebrare, confessiones audire & super sacrata communione corporis Dominici reficere eosdem habitatores Hospitalis perpetuo teneantur, quemadmodum propter occupationem loci in quo antea Hospitale exstructum fuerat & propter extinctionem Tituli Præpositi hospitalis ejusdem, quem ipsi in se assumpserunt, merito debent & sunt astricti. Ut utem ordo & diligentia tam in exstruendo & reparando eodem hospitali, quam in providendis & gubernandis eisdem Pauperibus hospitalis prædicti ritè & debitè servetur, curam & superioritatem prædictæ administrationis Reverendo in Christo P. Domino Episcopo Vilnensi moderno & pro tempore existenti ac ejus Capitulo Vilnensi delegandum duximus & delegamus, ita ut ipsi bono regimini & administrationi ipsius hospitalis ejusque proventuum prædictorum superintendant, eamque ob rem etiam volumus, & præsentibus literis nostris statuimus, quod dictus Joannes Hosius, & ejus in administratura vectigalis sive telonei ac præfatorum Hospitalis & Pontis Provisores, à Nobis pro tempore deputandi coram præfato Domino Episcopo seu duobus Prælatis vel Canonicis, ab eo vel in ejus absentia, à Capitulo deputandis, singulis annis & in fine cujuslibet anni de omnibus & singulis ad dictum Hospitale & Pontem spectantibus perceptis & expositis rationem reddere, & quietationes ab eis accipere debeant & teneantur: harum testimonio literarum, Quibus in fidem & testimonium Sigillum Nostrum est subappensum.

Actum

Datum Vilnæ Sexta menſis Auguſti Anno Domini Milleſimo Quingenteſimo trigeſimo sexto, Regni vero noſtri Anno trigeſimo. Sigismundus Rex.

Sigillum appenſile M. D. Litt:

Ru 1536. Mieſiąca Semptembra Dnia 9. Extrakt Ordynacyey ś. p. Krola Jmci Zygmunta I. między Magiſtratem i Communitatem Miaſta Wileńſkiego dla zachowania porządku w Mieście Wileńſkim, tak przez Radę, jako i Poſpólſtwo uczynioney, i różnemi artykułami opiſaney, a za Krola Jmci Zygmunta III. Ru 1607. Mieſiąca Junii Dnia dziewiątego z Metryki W. W. Xſta Litewſkiego wydany.

Zyhimont Treti Bożoiu Miłoſtiu Korol Polſki, Wieliki Kniaź Litowſki, Ruſki, Pruſki, Zomoytſki, Mazowiecki, Inflantſki, a Szwedſki, Gotſki, Wandalſki, Diediczny Korol. Oznaymujem ſim Liſtom naſzym, iż za proźboju ſławetnoho Jwana Jachowicza Piſara Ruſkoho Radeckoho Mieſta Naſzoho Wieleńſkoho do Nas imieniem Burmiſtrow Raycow i wſich Mieſzczan naſzych Wileńſkich wnieſionoiu, kazaliieśmo im z Metryki Kancellaryey naſzoy Widimus dati Prywileju Prodka i Dieda naſzoho światobliwey Pamieti Korola Jeho Miłoſti Zyhimonta Pierwſzoho Mieſtu Naſzomu Wileńſkomu danoho, na potwerżenie niekotorych Artykułow od nichże samych poſtanowiennych, a druhich wyrokom Hoſpodarſkim mieży Radoju Mieſkoiu i Poſpolſtwom uznanych, z ſtrony wſiakoho Radu i pożytku Reczypoſpolitoy Mieſkojey, kotory Prywiley ſłowo od ſłowa takſie w ſobie majet. Wo Jmia Bożoje ſtan ſia, My Zyhimont Bożoju Miłoſtiu Korol Polſki Wieliki Kniaź Litowſki, Ruſki, Pruſki, Zomoytſki, Mazowiecki i innych Pan i Diedicz. Czynim znamienito ſim naſzym Liſtom chto na nieho poſmotryt, albo czczuczy ieho uſlyſzyt, Ninieſznym i po tom buduczym komu budet potreba toho wiedati, ſzto od dawnych czaſow około Dobra poſpolitoho Miſta Naſzoho Wileńſkoho, o sprawach i pożytkach mieſkich były niemałyie roſtyrki i niezhody mieży Radoju i poſpolitym czołowiekom toho Mieſta prereczennoho, o kotorychże niezhodach i rożnicach ſwoich Rada i poſpolſtwo mnohokroć pered Nami jako Panom ſwoim diedicznym ſprawy mieży soboju miewali, i żałoby obiedwie ſtoronie czynili, i spory wielikiie dylali; a tak My dla pożytku i rozſzyrenia toho naſzoho Mieſta chotieczy aby w dobrom radu i ſłuſznoy ſprawie i pożytkach i oboronie i budowaniu ſia mnożył, za pryczynoju Korolewoiey Naſzojey Jey Miłoſti i wielikojey Kniehini Bony dopuſtili im obiema ſtoronam, aby Rada i poſpolſtwo ſami mieży ſoboju wyſadiwſzy pewnych dowcipnych mudrych Ludey i nauczonych Prawa Maydeburſkoho Niemieckoho w tych ruznicach porownanije

 uczy-

uczynili, i ſluſznuju uhodu wziali, a w czombyſia zhodit niemohli, toieśmo na wyrok naſz zoſtawili pod tym spoſobom, w kotorychby artykułach Rada z pospolſtwom ſia niezhodiła, w tom ieśmo mieli wyrokom naſzym poſtredok mieży niēmi uczyniti, a w kotorych członkach oni z obuſtron ſia zezwolat, prytom mieli ich zachowati i Liſtom naſzym potwerditi: hdeż tyiie Poddanyie Naſzyie Rada i poſpolſtwo mieſta Wileńſkoho na mnohich ſia Artykułach zhodiwſzy Nam ich podali proſieczy o potwierżeniie tych Artykułow, kotoryie niżey oſobliwoie ſut wypisanyiē, a na czomſiē niezhodili tyie na Sud i ſkazanie naſzoiē prypuſtili żodajuczy abychmo tym niezhodom ich koniec uczynili, My to pryniawſzy od nich miłoſierniie, jako od poddanych naſzych i doſtatocznie rozważywſzy tyie reczy z Radami naſzymi toho Pańſtwa wielikoho Kniaźtwa Litowſkoho takowoje ſkazaniie i wyrok Naſz kotoryjna wiecznē czasy w tom to Mieſtie majet trwati uczynilieśmo. Na perwey tyie ſłowa kotoryie mieży Radoju, a poſpolitom Czołowiekom około Radu i pożytkow Mieſkich hdiekolwiek uſzczypliwie i niepodſtiwie mowiepy, ſkazujem iż żadnoy ſtoronie tak z rady, ani z poſpolitoho Czołowieka im, ani ich potomkom na wieczne czaſy na ich czciach i dobrych powieſtiiach niemaiut ſzkoditi; a mieży ſoboju w miłoſti i w zhodie i w poſłuſzeńſtwie maiut byti, jako członki w odnom Cele: a pry tym ſkazujom, iż Rada Wileńſkaja Radcy i Burmiſtry kotoryie z ſtarodawna ſami w ſobie maiut obiéraniie i ſtawieniie z Rady Burmiſtrow i Pryſiażnikow, majut byti w toy liczbie jak dawnoy było, to ieſt: dwaccat i czotyry Radec, a dwanaccat Burmiſtrow, połowica tojey Rady i Burmiſtrow Zakonu Rymſkoho, a połowica Zakonu Hreckoho, tak jako obudwom Zakonom Prawo Maydeburſkoje dano. A na każdy rok dwa Burmiſtry, odin Rymſkoho zakonu a drugi Hreckoho, a czotyry Radcy dwa Hreckoho, a dwa Rymſkoho ſiediaczymi maiut byti, i tot płat jako pierwey na Burmiſtra kożdoho ſiedaczoho po dwaccati kop, a na Radcu kożdoho ſiediaczoho po dieſieti kop hroſzey na każdy Rok mieti: a pry tym obyczaiu dobrym w obieraniuiu i liczbie Rady i tych dochodach zoſtawuiem na wieczneie czaſy, toż o ſkarby i poradok miſki w dochodiech i roſchodiech i chowaniu tak nadajom: iż majut byti czotyry ſzafary kotoryie wſi pożytki dochody i roſchody i Dworcy Miſkiie majut wiedati, wyſtrehat zachowat i oſmotrywat ſzafowati z poradoju i wolū Rady Wileńſkojey na pożytok i potrebu miſkoiu. A tyie ſzafary maiut byti dwa z Rady kotorych Rada mieży ſoboju obieret, a dwa z poſpolſtwa kotorych też zawżdy Rada obierat majet tym obyczajom: iż poſpolſtwo deſiat mieży soboju majut dobrych ludiey, a oſiedłych obrati i pered Radoju poſtawiti, a Rada z nich majet dwoch obierati. A tyie ſzafary na każdy Rok maiut liczbu uczyniti pry kotoroy liczbie maiut byti uſtawiczniie dwa z Rady, a chtokolwiek

ſcho-

Sigismundus Augustus DEI Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæque &c. Dominus & Hæres. Universis & singulis Teloneorum & vectigalium nostrorum Præfectis, ac exactoribus, præsertim in oppido Nostro Ciechanoviensi, nec non in Skopowicze, ac in Cheralnowicze, notum facimus quòd Mercatores nostri Vilnenses, & alij incolæ Magni Ducatûs Lithvaniæ, quæsti sunt coram nobis graviter exigi, a se Thoruniam & in alia Prussiæ, in aliaque Poloniæ loca, proficiscentibus nova quædam & insolita Thelonea, mercesque disturbari, atque taxari summo suo detrimento, ac magna suscepti itineris mora, cum alioqui sint nostris Majorumque nostrorum Privilegiis, fuerintque hactenus semper ab hujusscemodi Teloneorum exactione liberi, & immunes, pendantque hic propter Reipublicæ necessitatem, hoc belli tempore cum ab omnibus alijs bonis suis, tum à mercibus ingentia tributa, ita ut nisi vos vobis ab istorum Teloneorum detrimento intermitti oporteret. Quod quoniam non solum contrarium sit gentium juri, sed ipsis Regni legibus & Constitutionibus comitialibus; proinde vobis serio ac severe mandamus, sub gravi indignatione omnino habere volentes, ut ne deinceps in prænominatis alijsve locis, à Vilnensibus Mercatoribus Telonea ullo nomine exigere audeatis, & exacta restituatis exigendorumque causa fidejussores datos fide liberetis, alioquin denuntiamus vobis, quidquid damni in ipsis Vilnensibus, ac postea nobis totique Reipublicæ, ob intermissam negotiationem datum fuerit, id nos in vobis vindicaturos, ac sine ulla venia repetituros, iterum atque iterum vobis dicimus, atque edicimus liberos, immunesque Vilnenses, per Cameras Teloneorum, ire atque redire, quaqua versus patiamini, secus pro Gratia nostra non facturi. Datum Vilnæ Die vigesima nona Mensis Decembris, Anno Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, Regni vero nostri trigesimo sexto. Petrus Miskowski Regni Poloniæ Vice Cancellarius.

Sigillum minus Regni Poloniæ.

Anno 1565. Die 29. Decembris Literæ universales serenissimi Sigismundi Augusti, ad Teloneatores Regni, ne tributa ullo modo à mercatoribus Vilnensibus, sub gravi animadversione exigant.

Sigismundus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lith-

vaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ &c. Dominus & Hæres. Universis & singulis Theloneorum, & Vectigalium nostrorum in Regno Poloniæ Præfectis, Notarijs, & exactoribus, notum facimus, quæstos esse coram nobis omnes Magni Ducatus Lithvaniæ Status, in Conventione hac Vilnensi congregatos, exigi à Mercatoribus Vilnensibus ad nundinas, & emporia Civitatum Regni proficiscentibus, nova quædam & insolita Telonea ac contributiones, non à bellis solum ac ligaturis, verum etiam ab ipsis staminibus seu pretiis, mercesque eorum disturbari, atque taxari, cum summo suo detrimento, ac magna suscepti itineris mora; cum alioqui sint nostris majorumque nostrorum Privilegiis, fuerintque hactenus semper ab hujuscemodi teloneorum exactione Liberi & immunes, pendantque hic propter Reipublicæ necessitatem hoc belli tempore, cum ab omnibus aliis bonis suis, tum á mercibus ingentia tributa, ita, ut non nisi vobis, ab istorum teloneorum exactione temperaveritis, magna rerum externarum hic in Lithvania consequeretur inopia, & negotiationem omnem Lithvanicam, cum summo Reipublicæ nostræ, ac ipsorum etiam Teloneorum detrimento intermitti opporteret. Quod quoniam non solum contrarium sit Gentium juri, sed ipsis Regni Legibus & constitutionibus Comitialibus; Proinde vobis serio ac severè mandamus sub gravi indignatione omnino habere volentes, ut ne deinceps in prænominatis aliisque locis, à Vilnensibus Mercatoribus telonea ullo nomine exigere audeatis & exacta restituatis, exigendorumque causa fidejussores datos fide liberetis, alioqui denuntiamus Vobis, quidquid damni jis ipsis Vilnensibus, ac postea nobis, totæque Reipublicæ ob intermissam negotiationem datum fuerit, id nos in vobis, vindicaturos ac sine ulla venia repetituros, iterum atque iterum vobis dicimus, atque edicimus liberos, immunesque Vilnenses per Cameras teloneorum ire, atque redire quaqua versus patiamini, secus pro gratia nostra non facturi. Datum Vilnæ Die vigesima nona Mensis Decembris, Anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, Regni vero nostri, trigesimo sexto. Petrus Miskowski R. P. Vice Cancellarius.

Sigillum minus Regni Poloniæ.

A. 1566. *Die* 16. *Januarii. Privilegium Serenissimi Sigismundi Augusti in Comitiis Vilnensibus denuo, super jus Magdeburgense collatum, quo serenissimus Rex Statuta Magni Ducatus Lithvaniæ, & Constitutiones Commitiales, Juri Magdeburgensi Civitatis Vilnensis deroganda cassat, obligando se & successores in perpetuum, Jus Magdeburgense Civitatis Vilnensis illæsè conservaturum.*

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam res, negotiaque omnia oblivioni sunt obnoxia, nisi Literarum

rum

rum munimentis mandentur: ideo nos Sigismundus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Samogitiæ, Masoviæ Livoniæque &c Dominus & Hæres, cupientes Civitatem nostr'am Vilnensem, sedem, ac in Magno Ducatu Lithvaniæ Imperii nostri Domicilium, perpetuis dotare ac ornare beneficiis nostris; notum esse ac testatum volumus universis & singulis. Quòd cum omnes Magni hujus Ducatus Lithvaniæ ordines à nobis contendissent, ut leges seu Statuta ac Jura, certorum ad id delegatorum Jurisperitorum industriâ aucta, correcta, atque emendata ederemus: ut omnes ordines, tam equestris, seu terrestris, quam Civilis ordinis, illis subderemus, nominatim vero ut cives in Magno Ducatu Juris Magdeburgensis, Privilegio à nobis & Majoribus nostris dotati, ad instantiam hominum Equestris Ordinis, & terrigenarum ac eorum subditorum conventi & accusati, non iure suo Magdeburgensi, sed Terrestri, hic à nobis edito, & promulgato judicarentur, verum cum Cives nostri Vilnenses coram nobis reproduxissent, & demonstrassent, antiqua adhuc Proavi nostri Serenissimi olim Ladislai Jagiellonis Regis Poloniæ, & Supremi Lith: Ducis, Privilegia & novissimi etiam, Privilegium nostrum in Bielscensi conventione generali eis datum; quibus Privilegiis, illi sunt ab omni jurisdictione ac officio Palatinali Capitaneali, & Terrestri exempti, & soli Magdeburgensi iuri subjecti, cumque simus & jure jurando obstricti, atque obligati, & in principio hujus Statuti Terrestris professi ac polliciti, omnia Privilegia omnium ordinum firmiter conservare & manutenere: Proinde hanc Civitatem nostram Vilnensem, propter singularem erga nos fidem, singulariaque merita, quibus nostram gratiam, toto hoc Imperii nostri tempore demereri nunquam destiterunt; in antiquo Privilegii Magdeburgensis usu per omnia conservandam duximus, prout per præsentes conservamus, cum scitu, voluntate, & assensu omnium Consiliariorum nostrorum Statûs utriusque, infra scriptorum, ac denuo illud damus & concedimus, donamusque & dotamus, hanc ipsam Civitatem nostram, ita ut antiquitus dotata & fundata est, ac omnes ejus Cives & incolas, jurisdictioni Civili subjectos, hujus juris Magdeburgensis Privilegio, in perpetuum liberandos eos, ab omni omnium Terrestrium Judicum, tam Palatinorum, quam eorum vices seu locum tenentium jurisdictione, & potestate ita, quod non debebunt, nec tenebuntur de rebus parvis, & magnis, in actionibus civilibus, & criminalibus, realibus & personalibus, coram ullo alio Magistratu comparere, præterquam coram Advocato, & civili Magistratu eorum, nec alio jure, præterquam jure Magdeburgensi coram eis respondere. Advocatus vero, ac reliquus Magistratus, non coram alio, nisi coram nobis solis, non alibi nisi hic Vilnæ præsentibus & existentibus, quando citatione literali nostra citati fuerint, secundùm vetera Privilegia eorum, coram nobis reproducta, quæ

in toto ac si hic inserta fuissent; confirmamus, & secundùm veteram hactenus servatam consvetudinem, quam etiam in toto conservamus, & approbamus, non obstantibus quibusvis aliarum Civitatum, tam in hoc Magno Ducatu Lithvaniæ, quam in Regno Poloniæ consvetudinibus, nec obstante Regni cum Magno Ducatu si subsequatur unione, quæ sicut nullius ordinis, ita Civitatis huius Vilnensis Privilegiis derogare nec poterit, nec debebit. Promittentes pro nobis, & Successoribus nostris, verbo & fide Regia, hanc Civitatem Vilnensem in integro juris Magdeburgensis, & omnium ejus Privilegiorum usu, nos conservaturos perpetuis temporibus, nec permissuros ut illa, novis postea Constitutionibus & Statutis, in Conventionibus generalibus conditis & condendis infringantur, illudque Statutum vetus, quod in Distinctione sexta articulo vigesimo continetur, & alia omnia Statuta, ac Constitutiones comitiales, ubicunque scriptas & insertas, quibus iuri Magdeburgensi, Civitatisque Vilnensis Privilegiis, derogatum est, vel postea derogabitur, quod Civitatem hanc nostram Vilnensem, ejusque omnes incolas, una cum Senatoribus, Consiliariisque nostris, cassamus, annihilamus, inducimus, antiquamus, irritamus, abrogamus, & pro non scriptis nec promulgatis in perpetuum habemus, eique per aliam novam legem, perque hoc Privilegium derogamus, & abrogamus, ac expressè in Statuta inscribi mandavimus, ut cives omnes Vilnenses in ius, ad suum civilem Magistratum, à quocunque, vocati, non alio quam Magdeburgensi jure respondeant, adimimusque nobis ac Successoribus nostris, aliquid postea publicè vel privatim, contra Privilegium Juris Magdeburgensis, Civitati Vilnensi datum, de Civibus Vilnensibus in parte vel in toto laudandi, rogandi, decernendi, statuendique potestatem, obligando Fidem etiam Successorum nostrorum, ut hoc idem Privilegium Magdeburgense integrum, Civitati huic Vilnensi, à Majoribus nostris & à nobis concessum, & omnia alia Privilegia, quæ antiquitus a Majoribus nostris, vel etiam à Nobis concessa habent, conservent, temporibus æviternis. In cujus rei fidem evidentque Testimonium præsentibus Sigillum nostrum est subappensum. Datum Vilnæ in conventione generali, Die decima sexta Januarii, Anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, præsentibus Reverendis, Jllustribus, Magnificis ac Generosis Valeriano Vilnensi, Joanne Andruszowicz Luceoriensi, Victorino Samogitiensi, Nicolao Kijoviensi Episcopis, Gregorio Chodkiewicz Vilnensi, Castellano Curiæ nostræ, campiductore ac Caunensi Capitaneo, Nicolao Radziwill in Birże & Dubinki, Duce Palatino Trocensi, exercituumque Magni Ducatus ac Bielicensis, Lidensis, Mosirenque Capitaneo, Stephano Duce Zbarascensi, Castellano Trocensi, Joanne Chodkiewicz Capitaneo Samogitiæ Generali, Basilio Konstantynowicz, Duce Ostrogensi & Kiioviensi, Paulo Sapieha Novogrodensi, Basilio Tyszkowicz

kowicz Podlachienſi, Palatinis, Euſtachio Wołłowicz M. D. L. Theſaurario, & Curiæ Mareſchalco & Notario Breſtenſi, Mohiloviæque Capitaneo, Nicolao Kiſzka Pincerna M. D. L. Drohicenſi, Bielſcenſi Capitaneo, Gregorio Chodkiewicz Noſtro ſtructore Menviæ in Magno Ducatu Lithvaniæ, Joanne Szymkowicz Tykoczynenſi, Joanne Hayko, Mareſchalcis noſtris Oſmianenſi & Kraſnoſielienſi, Nicolao Naruſzowicz, Marcovienſi Capitaneis, & notariis M. D. L. & aliis quam plurimis fide dignis circa præmiſſa. Sigiſmundus Auguſtus Rex. Sigillum appenſile Magni Ducatus Lithvaniæ. Nicolaus Naruſzowicz S. R. M. in Magno Ducatu Lithvaniæ Notarius.

Ru 1568. Dnia 15. Junii Przywiley Króla Jmci Zygmunta Auguſta, aby Goſpod w Mieście Wileńſkim żaden Urząd, ani ſtanowniczy Króla Jmci, ani Marſzałkowſki, bez radziec niezapiſywał, deklaruiąc takowe zapiſanie nieważne, i daiąc wolność Goſpodarzowi ie zmazać, i Gościa niepuścić. Tym Panom Senatorom, Dworzanom i Urzędnikom, którzy Dwory i Domy ſwe maią, Goſpod niedawać, &c.

Zyhimont Auhuſt Bożoju Miłoſtiu Korol Polſki, Wieliki Kniaź Litowſki, Ruſki, Pruſki, Zomoytſki, Mazowiecki, Inflantſki i innych. Oznaymujem ſim Naſzym Liſtom ninieſznym i na potom buduczym, komu toho wiedati, albo cztuczy ieho ſłyſzati ieſt potreba: ſzto czaſto donoſili, to do nas, i bili nam czołom Woyt, Burmiſtry, Raycy i wſie poſpolſtwo Mieſta Naſzoho ſtołecznoho Wileńſkoho, o tom: ſztoſia im wielikiie krywdy i utiſki, około prymania Hoſtiey, rozdawania i zapiſowania Hoſpod, czerez ſtanowniczych naſzych Nadwornych, i Marſzałkowſkich dejut, a to w tom: iż im łepſzyie światlicy, gmachi, i ſklepy, zapiſywaiut i zabirajut, a Hoſpodara z żonoju i Dietmi, z nich wyhoniajut, i pożytok ich i żywnoſt im odymajut, i na koniec chotia kotory niemajet hdebyſia z żonoju i Detmi podieti mieł, tohdy predſia u nieho Hoſtia u odnoy świetlicy, i w odnom hmachu, kotoryſia odnymi Dwiermi zamykaiut, ſtanowiat, a to nie dla tak pilnoje potreby Hoſtiu onomu ſtojania, jak dla wyrywku ſtanowniczoho, hdeż iśli oni Hoſpodary u Stanowniczoho nie odkupiatſia, wielikuju trudnoſt i niebeſpieczeńſtwo z Detmi ſwoimi majut, a to nie tolko pry bytnoſti naſzoy Hoſpodarſkoy, u Mieſtie naſzom Wileńſkom czyniat, ale i okrom bytnoſti naſzoje Hoſpodarſkoje, tak tolz u niekotorych Mieſzczan, niekotoryie użo pokolkonadcati Let, w Domiech ich jak u swoich żywut, ſzto wſio ni od kui inul prychodit, i innyie krywdy takowyie, i dolehłoſti terpieti muſiat, odno dla nieporadnoho czerez ſtanowniczych Hoſpod zapiſowania, i rozdawania, bo onymi Hoſpodami wodłuh ſwojey woli, a nie wodłuh potreby Hoſtiey

ſzafujut, i nie potrebnie ubohich Ludiey utiſkajut, nad Prawa i wolnoſti ich w toy, miere im, czerez Prodkow naſzych, i czerez nas samych, wodłuh Liſtow naſzych im'/daných, i nad zwyczay ſtarodawny, w toy miere u nich zawſiehda zachowany, tak iż to nietolko tyie, kotorym to właſno prynależyt czyniti, ale też chto odnokolwiek choczet tohoſia ważyti, i hospody sobie zaſtupaiut i zaymayiut. Zaczym toje Mieſto naſzoje, tak jakoby pryſtoyno było, i prynależało nie budujetſia, takowoy krywdy i niewoli obawlajuczyſia i wyſtrehàjuczy. A tak My Hospodar, tomu wſiemu zabiehajuczy, i to pozahamowati chotieczy, z oſobliwojey łaſki, a ſzczodrobliwoſti naſzojey Hospodarſkoy, tot poradok i toje poſtanowienie naſzoje, około zapiſowania i rozdawania pro Hoſti Hoſpod, w Mieſtie naſzom Wileńſkom, jako w Stolicy naſzoho Wielkoho Kniaſtwa Litowſkoho, tojeśmo poſtanowili i uchwalili; jakoż to poſtanawiajem, i uchwalajem, i to tym Prywilejem tomu Mieſtu naſzomu, i wſim obywatelom Jeho Mieſzczanom Wileńſkim, czerez nas Hoſpodara, z Łaſki naſzoje, Hospodarſkoje, dajem, i tot Prywiley na wiecznyie czaſy, moc i ważnoſt nienaruſzonuju mieti ſkazujem. Kotorymże to Prywiley czerez nas Hoſpodara, i czerez Potomki naſzyie wiecznie pod wieroju, i ſłowom naſzym Hoſpodarſkim, tomu Mieſtu naſzomu i Obywatelom jeho, dierżati choczem, i obiecujem, i pryrekajem. Naypierwey aby ſia tak, jako niżey jeſt wypiſano, a nie inaczey około zapiſywania i rozdawania Hoſpod w Mieſtie naſzom Wileńſkom, zawſiehdy wiecznymi czaſy zachowało, a taja recz tak sprawowanaja była; aby Hoſpody na kotoroiekolwiek Hoſti nikoli nie były czerez Stanowniczych naſzych, i Marſzałkowſkich zapiſywanyie, i dawanyie, okrom bytnoſti i wiedomoſti Uradu Mieſkoho Radeckoho, ale zawżdy pry bytnoſti dwu Radec Mieſkich Wileńſkich, bo zatym i bolſzey Hoſpod naydiet ſię, i Urad Mieſki budiet wiedał, kotoromu Hoſtiu hdie/koho pryſtoynoju Hospodu, zapiſati i dati, i kotory/Mieſzczanin, lepſzyie, a pryſtoyniey-ſzyie budowania, i mieſzkania, możet dla Hoſti zabudowati, i miet, a zapiſowania i naznaczeniia Hospod Stanowniczych, okrom Uradu Mieſkoho Radeckoho ważno, ani mocno byti nie majet, ani budiet, także toje zapiſaniie, wolno budiet Hoſpodaru Domowomu zmazati, i Dom swòy zamknuti, a Hoſtia naznaczonoho do ſiebie nie puſtiti, a za toje żadnojey winy, ani utierpienia mieti nie budiet, ani mieti majet, i ku tomu też Hoſt nie majet byti ſtanowien, ani jemu Hospoda majet byti dana, w jednym Gmachu, hdie Hospodar ſam mieſzkajet, kotory ſie hmach odnymi dwiermy, i odnym Zamkom zamykajet. Krom toho iżby chto mohuczy zbudowati, dla Hoſtia oſobnoje mieſzkanie, a nie budujet, ſzto wſie Wrad Radecki pod pryſiehami swojemi uważyti, i obaczyti majet, ani toż żaden Hoſt hdy procz odjeżdżat majet, tych hmachow w kotorych ſtojał, zamkom ſwoim zamykati niemajet, bo chtoſia toho ważyt

budet,

budet, i zamknuwszy Hmachi procz odiedet, tohdy wolno budet Uradu Mieskomu zamki odbiti, i Hospodu wyswoboditi, i tyie Hmachy Hospodaru wolnyie uczyniti, i podati, a za to żadnoho prenahabania, ani winowania mieti, nie budiet, a Hospody też nikomu inszomu krom prawych a prawdywych Dworan, a sluch naszych, a ich Milosti Panow, Rad, i Uradnikow naszych, a Poslow, jako Cudzoziemcow, tak też i naszych u Sprawach Reczypospolitey do nas Hospodara pryjeżdżajuczych dawane, ani zapisywane nie majut, a to tolko pry bytnosti naszoje Hospodarskoje osoboju Naszoju Hospodarskoju, w Miestie naszom Wileńskom; a okrom bytnosti naszoje Hospodarskoje w tomże miestie naszom, aby żadny Urad kotoryżekolwiek budź ku prymowaniu Hostiey jakichkolwiek, abo sluch Pańskich ubohich Mieszczan nad wolu ich prymuszati nikoli nie majet, ani budiet, pod Łaskoju naszoju Hospodarskoju, a ku tomu toż żadnomu inszomu, jako z Panow, Rad, naszych, tak też Dworan, Uradnikow, i sluh naszych Hospoda z Uradu dawana ani naznaczona byti nie majet, kotoryje swoje Domy, i Dwory w Miestie i na pered-Miestie majut, odno niechay sie takowyie u swoich Domiech stanowiat, i mieszkania majut, Jakoż na twierdost toho podpisawszy, tot Prywiley rukoju naszoju Hospodarskoiu, i pieczat naszoiu prywiesitij prywiesitiješmo kazali. Pisan u Horodnie na walnom Soymie Wielikoho Kniastwa Litowskoho, Leta Bożoho Narożenia, tysiecza piatsot szestdiesiat osmoho, Miesieca Junia piatohonadcati Dnia. Sigismundus Augustus Rex. Mikolay Naruszewicz Podskarbi Ziemski i Pisar.

Pieczęć przywiesista W. X. Lit:

Anno 1568. *Dnia* 15. *Junii Privilegium Serenissimi Sigismundi Augusti Regis Poloniae, Magni Ducis Lithvaniae, qui praemissu meritorum Magistratus Vilnensis, erga se & Rempublicam praestitorum, enumeration, eundem Magistratum, & ejus Prolem nobilitat, & Clenodiis Nobilium decorat, Grodnae in Conventione Generali collatum.*

In Nomine DEI omnipotentis Patris & Filii & Spriritus Sancti Amen. Ad perpetuam rei memoriam, Literas propterea esse repertas non ignoramus, ut quarum rerum memoriam sempiternam exstare cupimus, & illarum monumentis contineantur, & ad posteros transmittantur. Ideo nos Sigismundus Augustus DEI Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Samogitiae, Masoviae, Livoniae &c. Dominus & Haeres, cupiendo nostrae erga Civitatem Vilnensem Sedem, ac Domicilium Imperii in Lithvania, nostrae gratiae & Clementiae prodere ad posteritatis memoriam, Testimonium notum ac testatum esse volumus, Quorum interest vel intererit, aut quocunque modo interesse poterit, universis & singulis qui nunc sunt, quique post futuri sunt, tam Domesti-

 cis,

cis,quam externis, quod cum singularem fidem, observantiam, subjectionisque reverentiam, ac cultum erga nos Civitatis Vilnensis incolæ, semper declarâssent, hocque præsertim belli tempore nos, Remquepublicam Nostram, & pecunia sæpe juvissent, & pro nostra Reique publicæ nostræ salute, ac Dignitate extrema quoque pati, paratos se omni alacritate demonstrâssent, alijsque fidelium & obsequentium Subditorum officiis, suam fidem nobis sæpe probâssent, ut parem meritis illorum Gratiam, à nobis vicissim consequi possint, in Comitiis hisce Generalibus Grodnensibus hoc eos Privilegio præ cæteris omnibus Civitatibus, & Oppidis ornandos & condecorandos duximus:Ut omnes quicunque in Magistratum lectiReipublicæ illius Civitatis negotia tractant, & quorum cura & solicitudine pro eorum virili parte illius Civitatis, tranquillitas & incolumitas continetur, advocati scilicet, Proconsules, Consules, Scabini, & notarij, ordini equestri Nobilitatique adæquentur, ijsque omnibus libertatibus, immunitatibus, Prærogativis, Honoribus, Reputationibus, ornati gaudeant, quibus indigenæ Terrarum Lithvaniæ Nobiles gaudent. Igitur motu proprio authoritateque nostra Regia, qua non minore quam reliqui omnes Reges ac Principes, imo majore etiam qui nullumin terris Superiorem in Sæcularibus recognoscimus, fungimur, decernimus, & in perpetuum constituimus: Primum ut, si qui sunt in Magistratu Vilnensi, tam Advocatiali,quam Proconsulari, Consulari, Scabinali ac Notariali munere fungentes, ex nobili genere tam hic, quam foris nati, eorum Nobilitati functio Magistratus ne obsit, deinde qui sunt in illo Magistratu, ex Plebejo, ignobilique genere, ob Magistratus tamen in primaria, & de nobis optime merita Civitate gesti, & administrati, dignitatem nobilibus adæquentur; ita scilicet, ut æquales & pares perpetuo sine ullo probro, & ignobilitatis nota censeantur, eorum quoque Liberis, si vilibus artibus se non contaminaverint, sed liberalia vel militaria studia coluerint, eadem dignitate gavisuris, ut ad omnes Honores Spirituales, & Sæculares, item ad possessiones terrestres, quæ solis forte genere Nobilibus deberentur, aditus illis perpetuo patere possit, tamque ad Ecclesiastica Beneficia, quælibet majora, & minora, ac Prælaturas, seu in Cathedralibus seu Collegiatis, ac quibusvis aliis Ecclesiis, quam etiam ad Sæcularia officia digni semper habeantur. Hoc enim Privilegio nostro Parentibus eorum pro Magistratus Civilis functione concesso, ipsi quoque majore studio & ardore virtutem colent, atque omni honesto officio, ut pares esse tanto decori a nobis concesso, possent, contendent, unde ad rei hujus publicæ usum & utilitatem, majus uberiusque seminarium pullulare perpetuo posse, certo nobis persvademus. Licebitque prædicto Magistratui & eorum Liberis, Nobilium stemmata seu insignia si velint sibi assumere, de consensu tamen & voluntate alicujus Familiæ ejus generis, quod ea arma gerit; quæ illi assumere opta-

taverint, quibus insignibus in omnibus Actis suis, tam in annulis signatoriis, quam in sculpturis, ac picturis privatis uti poterint, non requisito deinceps vel Nostro vel Successorum Nostrorum consensu, aut alio Privilegio novo & speciali. Jn publicis vero Officii Civilis negotiis & actis, utentur sigillo Civitatis usitato, Sancti Christophori Jmaginem continente, cæra vero rubea more primariarum in Regno Poloniæ Civitatum. Eximimusque illos ab omni probro, nota, convitio, ignominia, contemptu, contumeliis, quibus ignobiles à Nobilibus insectari & præscindi solent, ut eandem pænam in exprobrantes præfato Magistratui Vilnensi ignobilitatem vel vilitatem, statuimus, quæ in statutis nostris in eos decreta est, qui veré nobili ignobilitatem exprobrat, volentes insuper, ut qui plenum laboris & solicitudinis pro Republica munus sustinent, ac quotidie gravissimis totius Civitatis curis anguntur, præ cæteris concivibus suis, aliquod sentiant præmium, liberamus omnes in Magistratu constitutos, Advocatos, Proconsules, Consules, Scabinos, Notarios, ab omnium Hospitum, aulicorum videlicet Nostrorum, vel Successorum Nostrorum, vel quorumvis aliorum cuiuscunque status, conditionis, præeminentiæ, receptatione, tam Comitiorum tempore, quam alio quovis, ut Domus habitationesque illorum in quibus ipsi degunt, liberæ perpetuo sint, ne Domini Domûs, quorum industria, consilio, & providentia Respublica Civitatis regitur; receptorum Hospitum molestia turbati, ad sui muneris functionem segniores ac ineptiores reddantur, ac ita, uti hactenus fieri experimur, bonus ordo & regimen Civitatis impediatur; Quod quidem Privilegium a Nobis advocatis Proconsulibus, Consulibus, Scabinis Notariisque Civitatis Vilnensis, et eorum Successoribus datum, Nos ratum firmumque perpetuo conservaturos pro Nobis & Successoribus Nostris, verbo fideque Nostra Regia pollicemur, nullo unquam tempore immutandum, caventes insuper, si Magnus Ducatus Litvaniæ, quod speramus cum Regno Poloniæ unitus realiter, & in effectu fuerit, hoc Privilegium præfato Magistratui datum æque in Regno sicut & in Magno Ducatu valiturum. Volumus etiam insuper, ut Magistratus sæpe nominatus Vilnensis, ad omnia Comitia Generalia, tam in Magno Ducatu Litvaniæ, quam etiam in Regno Poloniæ, si unio istorum Dominiorum debitum sortita fuerit effectum, binos vel ternos Consules, ex Collegio suo mittant, qui secundum Nuntios Terrestres residendi, & de rebus ad statum Civitatis Vilnensis pertinentibus, dicendæ sententiæ jus, potestatem, facultatemque perpetuis temporibus sunt habituri. Jn cuius rei fidem & evidentius Testimonium præsentibus Sigillum Nostrum est subappensum. Datum Grodnæ in Conventione Generali, quindecima Junii, Anno Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo octavo, Præsentibus Reverendissimis Jllustrissimis Magnificis Dominis,

Valeriano Vilnensi, Victorino Luceoriensi, Georgio Mednicensi, Nicolao Kiioviensi Episcopis, Nicolao Radziwill in Dubinki, & Bierże, Duce Palatino Vilnensi, Magni Ducatus Lithvaniæ Cancellario, Borissoviensi, Lidensi Capitaneo, Gregorio Chodkiewicz Castelano Vilnensi, et Exercituum Magni Ducatus Lithvaniæ summo, & Grodensi, Mosirensi Carnoviensi Capitaneo; Stephano Duce Zbarascensi, Palatino Trocensi, Georgio Chodkiewicz Castellano Trocensi; Joanne Chodkiewicz Libero Barone in Sklow, & Bichow Capitaneo Samogitiæ, Magni Ducatus Lithvaniæ Magno Mareschaleo, Archiepiscopatus Rigensis administratore Plotelens', Telsensi Tenutario; Stanislao Devoyno Polocensi, Paulo Sapieha Nowogrodensi, Georgio Tyszkiewicz Brzestensi, Wolkowyscensique Capitaneo, Georgio Oscik Msciflaviensi, & Capitaneo Braslaviensi, Gabriele Gronostay Minscensi Palatinis, Camenecensique Capitaneo, Georgio Szeniowicz Polocensi, & Leplensi Capitaneo, Gregorio Wolowicz Novogrodensi & Słonimensi Capitaneo, Gregorio Trizna Podlasensi, Joanne Hayko Brestensi Castellanis & Capitaneo Wilkiensi, Eustachio Wołowicz Magni Ducatus Lithvaniæ Vice-Cancellario, ac Curiæ Mareschalco Brzestensi, Cobrinensique Capitaneo, Nicolao Naruszewicz Thesaurario Terrestri Magni Ducatus Litvaniæ, Markoviensi, Miedalensique Capitaneo, Nicolao Kiszka Pocillatore Nostro Drohicensique Capitaneo, Christophoro Radziwill Jnci ore Nostro, Nicolao Olechnowicz Dorohostayski Primario Dapifero, alias Stolnik Magni Ducatus Lithvaniæ Velunensi Tenutario, Joanne Szymkowicz Mareschaleo, ac in Magno Ducatu Lithvaniæ Nostro Notario, Tikoczynensi, Wilkomiriensi Capitaneo, Luca Swirski, Joanne Wołczek Joanne Swirski, Mareschalcis Nostris Laurentio Woyna, Michaele Haraburda, Basilio Drzewiński, Mathia Sawicki Notariis, & aliis quam plurimis Consiliariis, Officialibusque Nostris. Sigismundus Augustus Rex. Nicolaus Naruszewicz Terrestris Thesaurarius, ac Notarius Magni Ducatus Lithvaniæ. Sigillum appensile M. D. List:

R. 1569 *D.* 5 *Decembra* *Przywiley Króla Jmci Zygmunta Augusta na libertacyą Kamienicy Szpitalney, w Rybnym końcu na rogu ulicy Sawiczey leżącey, Jarmolinska nazwaney na Szpital SSS. Tróycy Rzymskiey przynależącey.*

Zygmunt August z Bożey Łaski Król Polski Wielki Xiąże Litewski Ruski, Pruski, Zmudzki, Mazowiecki, Jnflantski, i Jnnych, Pan i Dziedzic. Oznaymuiemy tym Listem Naszym, iż My miłosierdziem Chrześciańskim wzruszeni, i chcąc aby ubóstwo w Szpitalu Swiętey Tróycy, albo Swiętego Ducha w Wilnie, mogło mieć lepsze ku wychowaniu swym opatrzenie, Dom tego to Szpitala, przez Urząd Mieyski Wileński z pieniędzy i dochodów tego

to

to Szpitala kupiony na Rynku Wileńſkim, przeciw poſtrzygalni Mieyſkiey podle Ulicy Sawiczey z iedney ſtrony, à podle Piſarza naſzego ſkarbowego Larka Domu z drugiey ſtrony, Jarmolińſkim nazwany, wolnym i wyzwolonym czyniemy, i mocą tego Liſtu naſzego wyzwalamy od wſzelakich gości ſtanowienia tak Dworzan Naſzych, iako i Pańſkich przy bytności i bez bytności Naſzey w Wilnie, okrom Poſłów Panow Chrześciańſkich Rzymſkiego Zakonu, ku którym tam przy bytności Naſzey ſtanowieniu, wedle dawnego w innych Domach Poddanych Naſzych zwyczaiu zoſtawuiemy, ſobie moc i władzą, i przykazuiemy mocą tego Liſtu Naſzego, wſzyſtkim w obec Urzędnikom Naſzym Ziemſkim i Dwornym, na których Urząd rozdawania Goſpod przynależy, aby tam nikogo innego w przerzeczonym Domu przy Nas i bez Nas, ſtanowić nie śmieli, ale aby ten Dom przy tey wolności Naſzey i wyſwobodzeniu, iſtotnie zachowali. Ktemu chcąc ieſzcze więkſze na ten czas dobrodzieyſtwo temu to Szpitalowi przerzeczonemu uczynić, wyſwobodzamy ten to Szpitalny Dom, od płacenia Kapſzczyzny do ſkarbu Naſzego, iako miodowey tak i piwney, która Kapſzczyzna ma bydź z tego Domu na Szpitalny pożytek obrócona, także przykazuiąc Horodniczemu Naſzemu dziſieyſzemu, i na potym będącemu, i na czyykolwiek potym Urząd wybieranie Kapſzczyzny będzie przynależało, chcąc to koniecznie mieć, aby od tych czasów z tego Domu wyżey opiſanego Kapſzczyzny żadney brać, i oney wyprawowaé nie śmiał. Na pewność tego teneśmy Liſt Sygnetem ſwym zapieczętowali i Ręką ſwoią podpiſali. Dan w Kriſzynie piątego Dnia Mieſiąca Decembra, Roku Pańſkiego Tyſiąc pięćset ſześćdzieſiąt dziewiątego, Królowania Naſzego czterdzieſtego. Sigismundus Auguſtus Rex. Michayło Haraburda Piſarz.

Sigillum appreſsum Regiæ Maieſtatis.

R. 1569. *Dnia* 1. *Julii. Extrakt Unii Korony Polſkiey, z Wielkim Kśięſtwem Litewſkim, przez Króla Jmci Zygmunta Auguſta na Seymie Lubelſkim zawarty, a z Metryki W. X. Litt: za Króla Jmci Zygmunta III. D.* 29. *Marca R.* 1590 *wydany.*

Zygmunt Trzeci z Bożey Łaſki Król Polſki Wielki Kśiąże Litewſki, Ruſki, Pruſki, Zmudzki, Mazowiecki, Jnflantſki ze Królewſtwa Szwedzkiego naybliżſzy Dziedzic i przyſzły Król. Oznaymuiemy tym Liſtem Naſzym wſzem w obec i każdemu z oſobna komu to wiedzieć należy, iż żądali Nas Poſłowie Miaſta Wileńſkiego, na teraznieyſzy Seym walny do Warſzawy przyſłani, abychmy Przywiley albo raczey ſpiſek Uniey Korony Polſkiey, z Wielkim Kśięſtwem Litewſkim, przez Swiętey pamięci Przodka i Wuia Naſzego Zygmunta Auguſta Króla, na Seymie Lubelſkim

 uczy-

uczynion, z Kśiąg Kancellaryi Naſzey Wielkiego Kśięſtwa Litewſkiego wypiſać, i pod pieczęcią Naſzą wydać roſkazali. My tedy widząc bydź rzecz ſłuſzną, takowy Przywiley słowo do słowa z Kśiąg Kancellaryi Naſzey wypiſawſzy, wydadź pod Pieczęcią roſkazali, który to tak śię w ſobie ma. W Jmie Pańſkie Amen. Ku wieczney pamiątce ſprawy niżey opiſaney. My Prelaci i Panowie Rada, tak Duchowna iako i Swiecka, Kśiążęta, Stany wſzyſtkie Wielkiego Kśięſtwa Litewſkiego, ktemu Posłowie Ziemscy, na tym walnym a z Pany Radnymi, i z Posły, a Stany wſzyſtkiey Korony Polſkiey, ſpołem Lubelſkim Seymie będący, to ieſt Waleryan Biſkup Wileńſki przez umocowanego ſwego, Jerzy Pieckowicz Biſkup Zmudzki, Hryhory Alexandrowicz Chodkiewicz, Pan Wileńſki, Hetman naywyżſzy Wielkiego Kśięſtwa Litewſkiego, Staroſta Grodzieńſki, Dzierżawca Mohilewſki, Stefan Zbaraſki Woiewoda Trocki, Oſtafiei Wołowicz Pan Trocki, Podkanclerzy Wielkiego Kśięſtwa Litewſkiego, Staroſta Brzeſki i Kobryńſki, Jan Chodkiewicz Hrabia na Szkłowie i na Bychowie, Staroſta Zmudzki Marſzałek naywyżſzy Wielkiego Kśięſtwa Litewſkiego, Adminiſtrator i Hetman Ziemi Jnflantſkiey, Staroſta Kowieńſki, Dzierżawca Płotelſki, i Telſzewſki, Wasili Tyſzkiewicz Woiewoda Smoleńſki, Staroſta Mińſki i Pinſki, przez umocowanego ſwego, Paweł Jwanowicz Sapieha Woiewoda Nowogrodzki, Jerzy Wasilewicz Tyſzkowicz Woiewoda Brzeſki Staroſta Wołkowyſki, Gabryel Jwanowicz Hornoſtay Woiewoda Mińſki, Staroſta Kamieniecki, Hrehory Tryzna Kaſztelan Smoleńſki, Hrehory Wołowicz Kaſztelan Nowogrodzki, Staroſta Słonimſki, Jan Mikołaiewicz Hayko, Kaſztelan Brzeſki, Koniuſzy Grodzieńſki, Dzierżawca Trabſki, Mikołay Talwoſz, Kaſztelan Mińſki, Staroſta Dyneborſki, Mikołay Naruſzewicz, Podſkarbi Ziemſki Wielkiego Kśięſtwa Litewſkiego, Piſarz J. K. Mości, Dzierżawca Markowſki, Miedzielſki, Uſzpolſki, i Pieniańſki, Mikołay Krzyſztof Radziwiłł Kśiąże na Ołyce, i Nieświżu, Marſzałek Dworny W. X. Litt: Mikołay Olechnowicz Dorohoſtayſki, Stolnik W. X. Litt: Dzierżawca Wielańſki, i Beyſagolſki, Ciwun Włości Zmudzkiey Gondynſkiey, Wawrzyniec Woyna, Podſkarbi Dworny W. X. Litt: Piſarz J. K. Mości, Dzierżawca Kuznicki, i Kwaſowſki, a Marſzałkowie J. K. Mości w Wielkim Kśięſtwie Litewſkim, Kniaź Łukaſz Bolesławowicz Swirſki, Dzierżawca Kiiowſki, Mikołay Pawłowicz Sapieha, Jan Wołczek, Koniuſzy i Podkomorzy Wileńſki, Dzierżawca Waſiliſki, Kalinicki, Tyſzkowicz, Jan Bolesławowicz Swirſki z Wileńſkiego, Malcher Snowſki Sędzia Ziemſki Nowogrodzki, Dzierżawca Kurzeniecki z Nowogrodzkiego, Paweł Oſtrowicki, z Oſzmiańſkiego Powiatow Posłowie, Alexander Wahanowſki Marſzałek, Piſarze J. K. Mości, Michał Haraburda, Dzierżawca Swisłocki, Bazyli Drzewnicki, Maciey Sawicki, Staroſta Mielnicki, Woyſki Drohicki, Staniſław Naruſze-

ſzewicz Ciwun Wileńſki, à My Poſłowie Ziemscy Powiatów tego ſławnego Páńſtwa W. X. Litt: na tenże ſpólny Seym od Ziem i Powiatów; za zupełną mocą poſłani, z Woiewodztwa Wileńſkiego, poſpołu z wyżey mianowanym Marſzałkiem, Kniaziem Janem Swirſkim, Kniaź Malcher Matuſzewicz Giedroyć, z Woiewództwa Trockiego Andrzey Dzierſzko Podkomorzy, Kaſper Raiecki Chorąży Ziemi Trockiey, a Michayło Wrona z Ziemi Zmudzkiey, Mikołay Stankiewicz Bielewicz Podkomorzy Ziemi Zmudzkiey, Ciwun Eyragolſki, Jwan Jłgowſki Ciwun Wiſzwienſki, à Ciwun teyże Ziemi Zmudzkiey Dzirwanſki. Jan Gradowſki z Woiewodztwa Nowogrodzkiego, poſpołu z wyżey pomienionym Marſzałkiem Malchrem Snowſkim, Andrzey Jwanowicz Sekretarz J. K. Mości Podkomorzy Nowogrodzki, z Woiewództwa Witebſkiego, Piotr Kiſzel Horodniczy Witebſki, à Tymochwiey Huiko, Podſędek Witebſki, z Woiewództwa Brzeſkiego Dominik Pac Podkomorzy Brzeſki, Adam Pociey Piſarz Ziemſki Brzeſki, z Woiewództwa Mściſławſkiego Jſay Szczołkan, à Hrehory Makarowſki, z Woiewództwa Mińſkiego Waſili Rohoża, Chorąży Dworny W. X. Litt: Andrzey Stankiewicz, à z Powiatów ku tymże Woiewództwom należących, z Woiewództwa Wileńſkiego z Powiatu Oſzmiańſkiego, poſpołu z wyżey pomienionym Marſzałkiem Pawłem Oſtrowſkim, Staniſław Staniſławowicz, Sędzia Ziemſki Oſzmiańſki, z Powiatu Wiłkomirſkiego, Mikołay Kończa, Krzyſztof Romuzowicz, z Powiatu Lidzkiego, Sadzibor Dowgird, à Szczęsny Auguſtynowicz Huba, a z Woiewództwa Trockiego, Powiatu Grodzieńſkiego Kniaź Jwan Maſsalſki, Sędzia Ziemſki Grodzieńſki, à Jan Kluchowſki, z Powiatu Kowieńſkiego, Andrzey Jłgowſki Ciwun Twerſki, á Kaſper Giedroyć; z Woiewództwa Nowogrodzkiego, z Powiatu Słonimſkiego Michayło Sokołowſki, Sędzia Słonimſki, a Marcin Jaczynicz, z Powiatu Wołkowyſkiego, Jaronim Pukſzta Chorąży Wołkowyſki, à Piotr Skrobot, z Woiewództwa Witebſkiego, z Powiatu Orſzańſkiego, Boguſz Alexieiewicz Skołko, Chorąży Orſzańſki, a Fiedor Woropay, z Woiewództwa Brzeſkiego, z Powiatu Pińſkiego, Staniſław Szynna; Woyſki Pińſki, Jwan Domanowicz, Podſędek Pińſki, z Powiatu Mozyrſkiego Fiedor Lenkowicz Pohodzki, Podſędek Mozyrſki, a Jan Kłopot, z Woiewództwa Mińſkiego, z Powiatu Rzeczyckiego, Andrzey Chalecki, Piſarz Ziemſki Rzeczycki, á Zmayło Zienkiewicz, i wſzyſtka inſza Szlachta, Obywatele Wielkiego Kſięſtwa Litewſkiego, tak tu w Lublinie będący, iako i nie będący, których iednak wſzyſtkich chuci, i wola do tych niżey opiſanych rzeczy ieſt nam dobrze z Seymikow Powiatowych, które ten Seym walny Lubelſki uprzedziły, wiadoma, tak iakoby ſię tu właśnie i Jmiona ich wſzyſtkich włożyły, i pieczęci zawieſiły. A przytym też i Miaſta Wileńſkiego Stołecznego, Wielkiego Kſięſtwa Litew-

 ſkie-

ſkiego Poſłowie, Fronc Durnik, Fiedor Jackowicz Burmiſtrze, à Jeronim Opachowſki, Piſarz Miaſta Wileńſkiego: Oznaymuiemy tym Liſtem Naſzym, wszem ninie i na potym będącym Ludziom, do których iedno wiadomości, ten Liſt Naſz przyydzie, iż My maiąc uſtawicznie przed oczyma powinność Naſzę przeciw Oyczyznie ſwey, Wielkiemu Kſięſtwu Litewſkiemu, któreyieśmy wſzyſtkę powinność, ozdobę, pożytek poſpolity, a naywięcey umocnienie od niebeſpieczeńſtwa, tak wnętrznego, iako i zewnętrznego, opatrzyć powinni, będąc też przy tym i przed oczyma maiąc chwalebny, à oboiemu Narodowi barzo należny związek, i ſpołeczność przez Przodki ſwe niegdy z Obywatelmi na on czas wſzyſtkiey Korony Polſkiey, na wieczne czasy za ſpólnym a liſtownym obudwu Narodow dozwoleniem uczynioną, i Liſty pieczęciami, przyſięgami, czciami, oboiey ſtrony dzierżaną, lecz potym za złemi, a zawiſnemi czasy nieiako zatrudnioną, zawżdyśmy tak My, iako Przodkowie Nasi o tym myślili, i Pany ſwe, tak ſławney pamięci Zygmunta, iako i ſzczęśliwie na ten czas obiema Narodom, Polſkiemu i Litewſkiemu Panuiącego, Pana à Pana Zygmunta Auguſta Krôle Polſkie, przez niemały czas upominali, i proźbami Naſzemi do tego wiedli, aby Nam z powinności ſwey Pańſkiey, à Królewſkiey, iako zwierzchni, a iedni obudwu Narodow Panowie, do exekucyey a ſkutku tak ſpiſow ſpôlnych, iako i innych Praw, i Przywileiow Naſzych, które na ten związek, i na tę ſpołeczność, z Pany i Ziemiany Korony Polſkiey, ieſzcze od Pradziada J. K. Mości, także i za Alexandra Krôla. My z Koroną Polſką, mamy z Łaſki a zwierzchności ſwey dopomodz, a to co ſię z tey ſpołeczności wykroczyło, w ſwą ryzę wſtawić raczyli, zwiodſzy Nas z Pany Radami, i innemi ſtany Korony Polſkiey, ſpôlnie na iedno mieyſce na wykonanie tey to chwalebney, à oboiemu Narodowi pożyteczney ſprawie, iako o tey ſprawie Uniey Akta, i Konſtytucye, i Deklaracye, i Receſsy Seymow, pod te czasy będących iaśnie omawiaią. Jakoż iednak za Łaſką miłego Boga, który ſpołeczność i iedność miłuie, à który Krôlewſtwa, Pańſtwa, i Rzeczypoſpolite po wſzyſtkim świecie w oſobney ſwey opiece mieć raczy, a za Łaſką też Pana ſwego ſzczęśliwie na ten czas panuiącego Pana, à Pana Zygmunta Auguſta Krola Polſkiego, wyżey mianowanego, tośmy nakoniec za uprzeymym ſtaraniem ſwym odzierżeli, iż przodkiem w Warſzawie na Seymie Roku 1563. złożonym, à potym w Parcewie Roku 1564. ziachawſzy ſię z Stany Koronnemi niemałyśmy wſtępek, do naprawienia tego to ziednoczenia, i tey po części naruſzoney Uniey uczynili, namawiaiąc między ſobą z obu ſtron, i utwierdzaiąc Artykuły do tey uniey należące, które Artykuły: iż tam na on czas przez krôtkość czasu, i przez inſze gwałtownieyſze potrzeby Rzeczypoſpolitey, oboiego Narodu ſpólnemi ſpiſy, Naſzemi, i z Stany Koronnemi,

nemi, warowane bydź mogły: Przeto tego wolnieyſzego czasu ziachawſzy ſię na ten Seym, ſpolnie do Lublina na Dzień Dwudzieſty Trzeci, Mieſiąca Grudnia, w Roku przeſzłym 1568 przez J. K. Mość, za zezwoleniem oboich Rad Polſkich, i Litewſkich złożony, i do tego czasu iednoſtaynie dzierżany i kontynuowany, takeśmy niżey opiſane traktaty i namowy czynili, ktoreśmy za łaſką Boſką do tego końca, i do tey konkluzyey za zgodnym, i iednoſtaynym oboiey ſtrony zezwoleniem, i ſpólnym piſaniem, niwczym niederoguiąc Recessowi Marſzałkowſkiemu i inſzym Przywileiom, przywiedli; z czego bądź Panu Bogu w Trôycy iedynemu chwała wieczna, a Królowi Jmci z Łaski Bożey, Panu à Panu Zygmuntowi Auguſtowi dzięka nieśmiertelna, zacney też Koronie Polſkiey i Wielkiemu Kſięſtwu Litewſkiemu, ſława i ozdoba na wiekuiſte czasy. Naprzód iż aczkolwiek były ſtare ſpisy przyiacielſtwa ſprzymierzenia, pomnożenie i lepſzy ſpoſob Rzeczypospolitey tak Koronie Polſkiey, iako Wielkiemu Kſięſtwu Litewſkiemu czyniące, wſzakoż iż ſię nieco w nich baczy bydź coś rożnego od dobrego i ſzczerego Braterſtwa dufania, przeto dla mocnieyſzego ſpoienia ſpólney i wzaiemney miłości braterſkiey, i wieczney obronie obudwu Państw, ſpołeczney nie wątpliwey wiary braterſkiey, czasy wiecznemi ku chwale Bożey, J. K. Mości z wiecznym podziękowaniem godney ſławie, i tychże obudwu, nayzacnieyſzego Polſkiego i Litewſkiego Narodu, i też ku rozſzerzeniu niezamierzoney i wieczney czci, ozdobie, okrasie, możnemu, uczciwemu zacności Maieſtatu ſpòlnego wiecznemu rozſzerzeniu, one ſtare ſprzymierzenia ponowili, i pomiarkowali w tym wſzyſtkim, iako iuż niżey piſano, iż iuż Króleſtwo Polſkie i Wielkie Kſięſtwo Litewſkie, ieſt iedno nierozdzielne i nieróżne Ciało, a także nieròżna á nierozdzielna, ale iedna à ſpólna ieſt Rzeczpoſpolita która ſię ze dwu Państw i Narodow, w ieden Lud zniosła i ſpoiła Rzeczpoſpolita, à temu oboiemu Narodowi żeby iuż wiecznemi czasy iedna głowa, ieden Pan, ieden Król rozkazował ſpolny, który ſpólnemi głosy od Polaków i od Litwy obrany, a mieysce obrania w Polſzcze, a potym na Króleſtwo Polſkie pomazan, i koronowan będzie w Krakowie, ktòremu obraniu wedle Przywileiu Alexandrowego nie bytność ktòrey ſtrony przeſzkadzać nie ma, albowiem powinni & ex debito Rady i wſzyſtkie ſtany Korony Polſkiey i W. X. Litt: używane bydź maią, obieranie i podnoſzenie W. X. Litt: które przed tym oſobne bywało w Litwie, aby iuż tak uſtało, żeby i znak żaden, albo podobieńſtwo nie było na potym, z któregoby ſię okazywało, albo znaczyło podnoſzenie albo inauguracya W. X. Litt: à iż Tytuł W. X. Litt: i Urzędy zoſtawaią, tedy przy obieraniu i Koronacyey ma bydź obwołan zaraz Królem Polſkim, i Wielkim Kſiążęciem Litewſkim, Ruſkim, Pruſkim, Mazowieckim, Zmudzkim,

Hh Kijow-

Kijowſkim, Wołyńſkim, Podlaſkim, Inflantſkim. Succeſſio J. K. Mości Naturalis, & Hereditaria, ieśliby J. K. Mości i komukolwiek z przyczyny iakieykolwiek w Wielkim Kſięſtwie ſłużyła, nie ma iuż wiecznemi czasy przeſzkadzać tego ſpołku i ziednoczenia oboyga Narodòw, i obieraniu ſpòlnego iednego Pana, ktòrey J. K. Mość Koronie wiecznemi czasy odſtąpił, nie wątpiąc w tym, i to też ſobie waruiąc żebyśmy ani ſamey Oſoby J. K. Mości, ani Potomſtwa właſnego, ieźli J. K. Mości które Pan Bóg dadź raczył, niezgołocili, ale żeby poczciwe à przyſtoyne ſtanowi iego od Rzeczypoſpolitey opatrzenie miało, ieśliby na Króleſtwo niebyło wzięte; á wſzakoż nie czyniąc żadney dyzmembracyi Koronney, o czym do deklaracyi J. K. Mości i w Receſſie Seymu Walnego Warſzawſkiego doſtatecznie ieſt opiſano i obwarowano. A przy Koronacyey nowego Króla maią bydź przez Króla Koronowanego poprzyſiężone, i zaraz Konfirmowane na iednym Liście i iednymi ſłowy, na wieczne czaſy Prawa, Przywileie, i wolności Poddanych wſzyſtkich oboyga Narodow i Pańſtw; tak złączony Seymy i Rady ten oboy Narod ma zawſze miewać ſpólnie Koronę pod Królem Polſkim Panem ſwym, i zaſiadać, tak Panowie między Pany oſobami ſwemi, iako Poſłowie między Poſły, i radzić o ſpólnych potrzebach tak na Seymach, iako i bez Seymow, w Polſzcze i w Litwie, też aby iedna ſtrona drugiey była Radą i pomocą, aby J. K. Mość Prawa Przywileie tak wſzem Ziemianom, Narodom Korony Polſkiey, iako i W. X. Litt: Ziemiom do nich należącym wſzelakim piſmem nadane Przywileie i Prawa od wſzyſtkich Przodków J. K. Mości, i od J. K. Mości ſamego z dawnych czasow, i od poczęcia Uniey, wſzem wobec i każdemu z oſobna, iakimkolwiek ſpoſobem nadane, i wolności, doſtoieńſtwa, Prerogatywy, Urzędy wſzyſtkie oboyga Narodow nieporuſzone zachował, wſzyſtkie Prawa, Sądy, Wyſądy, Stany Xiążęce, i Familie Szlacheckie przerzeczonych Narodow, uchwały Sądowne z dawna do tego czasu zachować każdemu ſtanowi mocnie i nie poruſzenie. Przyſięgi Rad, Dygnitarzòw, Urzędników, Staroſtow Narodu Litewſkiego, i Przednieyſzych Domow Ludzi, którzyby ie czynić mieli, przy mocy zoſtać maią, iakośmy też i ſami ſpólnie tak Przywileiami, iako ſpòlnym opiſaniem na Seymie Warſzawſkim, ſpólnym ſobie zoſtawili tym wykładem, iż na potym wſzyſtkie takowe przyſięgi Kròlom Koronowanym i Koronie Polſkiey czynione bydź maią. Także około przyſiąg trzymania ſpiſków poſpolitych zachować ſię maią, i ſtatecznie ſobie trzymać według Przywileiu Alexandrowego. Też we wſzyſtkich przeciwnościach ſpólną pomocą My oboiego Narodu Prałaci, Kſiążęta, Rady, Barones, Panowie, i wſzyſtkie ſtany, pomagać sobie mamy wſzyſtkiemi ſiłami i możnościami, iako ſpólney Radzie pożytecznoiey i potrzebniey będzie zdało, ſzczęśliwe i przeciwne rzeczy, za ſpól-

ſpólne rozumieiąc i wiernie ſobie pomagaiąc. Fœdera aut pacta albo z mowy i przymierza z poſtronnemi Narody podle ſpólney zgody Warſzawſkiey na potym żadne czynione, ani ſtanowione, żadni też Poſłowie w rzeczach ważnych do obcych ſtron posyłani bydź nie maią, iedno za wiadomością i Radą ſpólną obudwu Narodów: A przymierza albo ſtanowienia z którymkolwiek Narodem przedtym uczynione, któreby były ſzkodliwe którey ſtronie, dzierżane bydź nie maią. Moneta tak w Polſzcze iako i w Litwie ma bydź za ſpòlną Radą uniformis & æqualis in pondere & grano & numero petiarum, inscriptione monetæ, co ku ſkutkowi przywieśdź J. K. Mość ieſt powinien, i Potomkowie J. K. Mości będą powinni. Cła, Myta w Polſzcze i w Litwie, Ziemſkie i wodne, iakimkolwiek Jmieniem nazwane, tak Królewſkie, iako i Szlacheckie, Duchowne, i Mieyſkie J. K. Mość znośić raczy, iżby iuż żadnego ex nunc cła nie brano na potym wiecznych czasów od Duchownych do Swieckich Ludzi Szlacheckiego Stanu i od ich Poddanych od rzeczy których kolwiek własney roboty, i wychowania, niezakrywaiąc Myt Kupieckich, ani ſię zmawiaiąc ku ſzkodzie, a zataieniu ceł zdawna zwykłych Królewſkich, tak w Litwie iako i w Polſzcze, Statuty i uſtawy wſzyſtkie iakiekolwiek, i z któreykolwiek przyczyny, przeciw Narodowi Polſkiemu w Litwie uſtawione i uchwalone, około nabywania i dzierżania Jmienia w Litwie Polakowi, iakokolwiekby go doſtał i doſtawał, chocia po Zenie albo z wyſługi, albo zakupne, darownym obyczaiem zamianą, i którymkolwiek obyczaiem wedle zwyczaiu Prawa poſpolitego, te wſzyſtkie ſtatuta aby żadney mocy niemiały, iako Prawu, ſprawiedliwości, i też ſpólney braterſkiey miłości i Uniey, à ziednoczeniu ſpólnemu przeciwne, ale aby wolno zawżdy było, tak Polakowi w Litwie, iako Litwinowi w Polſzcze, każdym ſłuſznym obyczaiem doſtawać imienia i dzierżeć ie, wedle Prawa w którym leży ono Jmienie; à co ſię tycze inſzych Artykułow, Przywileiow Alexandra Króla, które ieſzcze nie ſą na Warſzawſkim Seymie deklaracyą Króla Jmci, ani ſpólną zgodą deklarowane, ale na ten teraznieyſzy ſpólny Lubelſki z Warſzawſkiego Seymu odkładem ſpólnym zawiſły te wſzyſtkie, iako ſię w Przywileiach i w ſpiſaniu ſpołem, a oſtatecznie w Alexandrowym Przywileiu i tu w Lublinie od Króla Jmci po przód tey ſprawie Uniey danym opiſane, w Mocy zupełney na czasy wieczne zoſtać maią, wſzakże po obiaśnieniu lepſzym to przykładaiąc, iż przy tytule W. X. Litt. Doſtoieńſtwach i Urzędach wſzyſtkich i zacności ſtanow, wedle opiſania Przywileiem Króla Alexandra, całe á nienaruſzenie zoſtać maią, gdyż to ziednoczenie i społeczności tey, roſtargnienia i rozdziału nie czyni, Seymow innych żadnych oſobnych ſtanom Koronnym i Litewſkim, od tego czasu Król Jmć ſkładać niebędzie, iedno zawżdy ſpolnie Seymy, temu oboiemu Narodowi, iako

ciału iednemu, w Polſzcze ſkładać będzie, gdzie ſię J. K. Mośći Radom Koronnym i Litewſkim nayſłuſzniey zdać będzie Dygnitarſtwy Urzędow, ieśli które wakuią, albo wakować w Wielkim Kſięſtwie Litewſkim na potym będą, Krol Jmc niema dadź nikomu, ażby pierwey J. K. Mości i Potomkom Jego Krolom Polſkim Koronowanym, i temu nierozdzielnemu ciału Koronie Polſkiey przyſięgę uczynił. Upatruiemy też doſtatecznie i waruiemy ſtany i Oſoby W. X. Litt: aby exekucya na ſamych i potomkow naſzych, nietylko według Statutu Alexandra Krola, ale ani według żadnych Przywileiow i Liſtow, Konſtytucyi, uchwał, Seymowych w Koronie Polſkiey czynionych, danych, i uchwalonych, iakichkolwiek przeſzłych około Dobr ſtołu J. K. Mości w Wielkim Kſięſtwie Litewſkim od wſzech Przodków i J. K. Mości ſamego, od zaczęcia Uniey w Wielkim Xięſtwie Litewſkm komużkolwiek rozdanych żadnego ſtanu niedoległa, ale wſzyſtkie Prawa Przywileie od wſzech Przodków J. K. M. i J. K. M. ſamego od zaczęcia uniey w W. X. L. i Narodom Litewſkim, Ruſkim, Zmudzkim, i innym Narodom, Obywatelom W. X. L. i też Ziemiom, Powiatom, Familiom, i Oſobom do tych czasów dane, całe i zupełne i niwczym nienaruſzone zoſtały. Także wieczności Feuda, albo Lenna, Frymarki, zamiany, do żywocia, zaſtawy wſzelakie, tak na Seymie i bez Seymu uczynione, wedle każdego Przywileiu wiecznemi czasy dzierżane bydź maią, nieprzywodząc ich w żadną wątpliwość ktorymkolwiek obyczaiem i wykładem. Także też nadania na Dygnitarſtwa, Urzędy, które z dawna i właśnie na nie należały, zaſtawy, i Summy wſzyſtkie i wſzelkie w zupełnym Prawie ſwym zoſtawione bydź maią, niebędąc powinni żadney części dochodów zwykłych ſwych, iakim kolwiek obyczaiem nazwanych, gdzie indziey, i na co innego nad teraznieyſze dzierżanie, i Przywileie albo Liſty ſwe do tego czasu odzierżane okrom pożytku ſwego obracać. A ktoby z Przodkow ſwych niemaiąc Liſtow do gruntow i każdey Poſsesyi iakimkolwiek imieniem nazwanych, trzymał i pożywał, takowy tę takową ſwoię właſność bez Liſtow, iako i za Liſty, ma wiecznie trzymać według Statutu Litewſkiego ſtarego i nowego i zwyczaiow dawnych. Jakoż Panowie Rady i wſzyſtkie Stany i Poſłowie wſzyſtkich Ziem tym teraznieyſzym poſtanowieniem zamykaią w ſobie i Potomkom ſwoim moc ſtanowienia i wznawiania iakimkolwiek kſztałtem, także wſpominania i wſzelakie wynalazku wznieſienia Exekucye na wyſługi, i inſze maiętności przeſzłe, à iż iuż od tego czasu rozdawanie Dobr Stołu W. X. Litt: oſtać ma. Wſzakoż Jmiona ktorekolwiek z Domow Kſiążęcych, i Szlacheckich, i Pańſkich ku Stołowi J. K. Mości, potym przypadać będą. Takowe Jmiona J. K. Mość wedle woli i Łaſki ſwey Krolewſkiey rozdawać ma tak Polſkiego, iako i Litewſkiego Szlacheckiego Narodu Ludziom, aby ſię tym

ſłu-

ſkomu że wſimi pożytki i dochody. Y Woſkoboyniu na zabiwanie Woſku, i Wahu, i pomierne, i też poſtryhanie Sukon, kolko ich możet byti w Mieſtie. Też i złożenie, ſzynkowanie Piwa, Miedu i Wina, i pomiernoie Miedowoie, ſzto ſłyniet miednica wodle obyczaia tamosznoho, a z tych kletok i iatok miasnych, i z innych reczey, kotoryie podle toho mieny ſut, maiut oni płat na odno mieſto w ſkryniu zbierati, i na Ratuszu chowati, a tych pieniezi Woyt, i Burmiſtry, i Raycy niemaiut k-ſwaim rukam brati, niżli maiut byti tyie pieniezi chowanyie, i obernenyie byti każdomu Poſpolitomu Czołowieku, na Mieſkiie potreby. Y bili Nam czołom, abychmo im potwierdili to Naſzym Liſtom, i no My wyſłuchawſzy toho Priwileia Brata Naſzoho, prytom takiieśmo ich zoſtawili, i potwierżaiem to Jm ſim naſzym Liſtom, i ich Dietiom i potom buduczym ich ſzczatkom, maiem im toie Prawo Maydeburſkoie twierdo dierżati, wo wſiakich członkach pryſłuchaiuczych k tomu Prawu, w wieczno i nieporuszno podle Prywileia Brata Naſzoho, Alexandra Korola Jeho Miłośti. A dla lepszoho świadomia i bolſzoiey twierdoſti, i Pieczat Naſzu kazaliieśmo prywieſiti k-ſiemu Naſzomu Liſtu. Piſan u Wilni w. Let Siem Tyſieczy Pietnaccatoho Mieſiaca Julia Szesnaccatoho Dnia, Jndikta Dieſiatoho. Pry tom byli, Wojewoda Wileńſki Kancler Pan Mikołay Radiwill, Marſzałek Ziemſki Staroſta Horodeńſki, Pan Jan Jurewicz Marſzałok Ochmiſtr Korolewoie i Namieſtnik Kowieńſki, i Bielſki, Pan Woytiech Janowicz, kotoroho to Prywileiu wyżey pisanoho, ſies Widimus z Metryk, pod Pieczatiu Wilikoho Kniaſtwa Litowſkoho, Mieſtu Naſzomu Wileńſkomu, wydan ieſt Piſan w Warſzawie Leta od Narożenia Syna Bożeho Tyſiacza Szeſtsot Siemoho, Mieſiaca Julia Oſmoho Dnia. Leo Sapieha Kancler Wielikoho Kniaſtwa Litowſkoho. Lo Vapicewicz

Sigillum appenſile M. D. L.

Anno 1610. *Die* 11. *Novembris, Privilegium Sereniſſimi Sigismundi III. Super incorporationem Advocatiæ Vilnenſis, Civitati Vilnenſi collatum.*

Sigismundus Tertius DEI Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Masoviæ, Samogitiæ Livoniæque, nec non Svecorum, Gottorum, Vandalorumque Hæreditarius Rex. Significamus præsentibus Literis Noſtris, quorum intereſt univerſis & ſingulis. Supplicatum Nobis eſt, Magiſtratus Noſtri Civilis nomine, ut eidem perpetuis deinceps temporibus, liberam quatuor Candidatorum pro Advocatia Vilnenſi, quoties eam vacare contigerit: de medio ſui electionem ex Gratia & beneficentia Noſtra Regia impertiri, atque unum ex eisdem Candidatis, Authoritate Noſtra confirmare, ipsique munus Advocatiæ Vilnenſis ſuper conferre

ferre dignaremur. Quam quidem Advocati Vilnensis electionem, multa & singularia Civitati emolumenta, munitiones, & splendores allaturam, veterum Advocatorum Vilnensium, qui simul Jndigenæ Vilnenses fuêre, exemplis probaverunt, quippe qui multa eaque præclara Civitati munimenta reliquissent, idem quoque subsequentes Advocatos, qui simul Jndigenæ Vilnenses essent, facturos allegaverunt, quos nempe innatus Civitatis Patriæ suæ amor, ad ornamenta & commoda Civitatis procuranda, ad negotia ferventius tractanda, ad Templa, Xenodochia, & Mænia restauranda atque erigenda, ad Judicia juxta Plebiscitum vulgo Wielkierz exercenda, & in suo robore conservanda, excitaret & inflammaret, ne quidquam per tales Advocatos, Judiciis & Juris consularis subselliis, præsertim vero circa Tutorum Tutoriarum, & Contuberniorum inspectionem decederet, immo si quando Limites Officii transgredi auderent, facilius in ordinem redigi, ac deinceps in Officio contineri possent, tum quod Jnventus Civitatis illius, tali Advocati electione animadversa, certatim Magistratum affectabit, seque ad eum consequendum, sedula doctrinæ ac virtutum comparatione disponeret, unde Civitas ordinatior & ornatior evaderet. Nos itaque ornamento & bono regimini Civitatis Nostræ Vilnensis consultum esse cupientes, accedente præterea diligenti Consiliariorum Nostrorum, Lateri Nostro adhærentium intercessione, prædictæ Magistratûs Vilnensis postulationi annuendum, & assentiendum esse duximus; uti quidem annuimus & assentimus, & irrevocabilem Magistratui Vilnensi concedimus facultatem, ut perpetuis deinceps temporibus, quando & quotiescunque Advocatiam Vilnensem post modernum ejusdem Possessorem Generosum Alexandrum Chalecki Aulicum Nostrum, vacare contigerit, quatuor ex medio sui Candidatos, communibus suffragiis eligat, & Nobis præsentet: Nos vero uni ex eisdem Candidatis, qui Nobis magis idoneus esse videbitur, munus Advocatiæ Vilnensis collaturi sumus, nec unquam ius talis electionis à Magistratu Civili Vilnensi alienaturi, quod & Serenissimi Successores Nostri sunt facturi: ita tamen, ut ille Advocatus libere per Magistratum electus, & per Nos confirmatus, iuxta allegationem superius descriptam, singulis Annis aliquid emolumenti Civitati adferret, Magistratus vero Civilis id ipsum animadvertere teneatur, ad quod eosdem præsentibus, adstrictos esse volumus. Jn cuius rei fidem, Præsentes manu Nostra subscriptas, Sigillo Nostro M. D. L. communiri mandavimus. Datum in Castris ad Smolenscum Die Secunda Mensis Novembris, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Decimo, Regnorum Poloniæ Vigesimo Tertio, Sveciæ vero Decimo Septimo. Sigismundus Rex. Sigillum appensile M. D. L. Janussius Skumin Tyszkiewicz M. D. L. Notarius, Capitaneus Braslaviensis.

R. 1614.

Roku 1614. Dnia 2. Januarii. Reſkrypt Krola Jmci Zygmunta III. do Magiſtratu Wileńſkiego, aby obrani do Magiſtratu i w nim będący, z Urzędow rocznych przez elekcyą na ſię włożonych niewymawiali ſię, i onych nieſkładali.

ZYgmunt Trzeci z Bożey Łaſki Krol Polſki, Wielki Kſiąże Litewſki, Ruſki, Pruſki, Mazowiecki, Zmudzki, Inflantſki, Smoleńſki, a Szwedzki, Gotſki, Wandalſki Dziedziczny Krol. Szlachetnym Burmiſtrzom, Radźcom, i Ławnikom Miaſta Naſzego Stołecznego Wilna, wiernie Nam miłym, Łaſkę Naſzę Krolewſką. Szlachetni wiernie Nam mili, donoſił Nam to Urodzony Alexander Chalecki z Chaleza, Sekretarz i Woyt Naſz Wileńſki, iż niektorzy z wierności waſzey, Urzędow rocznych Burmiſtrzowſkich, i Radzieckich przyimować, i odprawować, wedle powinności dawnych zwyczaiow niechcą, owszem one ſkładaią i odrzucaią, nie bez ubliżenia powagi Urzędowey, i zamieſzania Spraw Mieſkich, à iż Nicht z Wierności Waſzey, iako zaciągać ſam naſię żadnego Urzędu bez ſpolnego obrania, tak też będąc obranym upornie ſkładać niemoże. Upominamy WW. i koniecznie mieć chcemy, abyście ſię z Urzędow Rocznych Burmiſtrzowſkich, i Radzieckich, niewymawiali, niewyłamowali, ale abyście one ſtarodawnym porządkiem pilnie i chętnie odprawowali, aby zwyczaie i Urząd Mieſki w Klubie zoſtawał, a ktoby Urząd ſam z ſiebie ſwawolnie ſkładał, ten nietylko prerogatyw wſzyſtkich Urzędowi ſłużących ma odpadać, ale karanie od Nas ponoſić pewien. Że ſię WW. w powinnościach ſwoich poczuwać będziecie, i one pilnie odprawować dla Łaſki Naſzey i z chęci ſwey ku dobremu ſpolnemu. Pisan w Warſzawie Dnia Wtórego Januaryi, Roku Pańſkiego Tyſiąc Sześćset Czternaſtego, Panowania Krolestw naſzych Polſkiego Dwudzieſtego Szoſtego, a Szwedzkiego Dwudzieſtego Roku. Sigismundus Rex. Sigillum Majus M. D. L. appreſsum. Euſtachi Wollowicz Piſarz, Referendarz W. X. L.

Anno 1615. Die 15. Junij. Liſt Oyca S. Pawła do Miaſta Wileńſkiego, aby JX. Euſtachiego Wollowicza Biſkupa Wileńſkiego, za Paſterza przyięło.

PAulus Episcopus Servus Servorum DEI, Dilectis Filiis Populo, Civitatis & Diæcesis Vilnensis, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Hodie Eccleſiæ Vilnensis tunc per obitum bonæ memoriæ, Benedicti olim Episcopi Vilnensis, extra Romanam Curiam defuncti, Paſtoris ſolatio deſtitutæ, de Perſona Dilecti Filii Euſtachii electi Vilnensis Nobis, & Fratribus Noſtris ob ſuorum exigentiam meritorum, accepto de ipsorum Fratrum Consilio,

Apostolica Authoritate providimus, illumque illi in Episcopum præfecimus, & Pastorem, curam & administrationem, ipsius Ecclesiæ, sibi in spiritualibus & temporalibus, plenarie committendo, prout in Nostris inde confectis Literis plenius continetur. Quo circa, Universitatem Vestram monemus & hortamur, attente Vobis per Apostolica scripta mandantes, quatenus eumdem Eustachium electum, tamquam Patrem & Pastorem Animarum Vestrarum, devotè suscipientes, & debita honorificentia prosequentes, Eius monitis & mandatis salubribus humiliter intendatis. Jtaque Dilectus Eustachius electus in Vobis, dilectionis Filios, & vos in Eo per consequens, Patrem benevolum invenisse gaudeatis. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem. Anno Jncarnationis Domini Millesimo Sexcentesimo Decimo Quinto, Junii Decimo Quinto. Pontificatus Nostri, Anno Undecimo.

Sigillum appensile Pappale.

Roku 1617. Dnia 28. Maja. Punkta do zachowania Pokoiu, i zatrzymania zgody i miłości, między Juryzdykcyą Mieyską i Zamkową, przez ś. p. Karola Chodkiewicza Woiewodę Wileńskiego, Hetmana W. X. L. nadane i ratyfikowane.

Jan Karol Chodkiewicz Hrabia ze Szkłowa i Myszy na Bychowie. Woiewoda Wileński, Hetman Wielki W. X. L. Kommissarz Generalny Ziemie Jnflantskiey, Deorski Luboszański &c. Starosta Czynię wiadomo iż iakom zaraz po Konferowaniu sobie od J. K. M. Pana mego miłościwego Woiewòdztwa Wileńskiego nie o czym więcey nie myślił, tylko o tym abych pro dignitate Urząd ten administrować mógł, i we wszystkim propensè, i onemu się parem esse pokazał. Przetoż te zamysły moie ad Executionem przywodząc, oświadczywszy to: że Jako prærogativas Officij mei w całe zachować totis Viribus, & illæsas Successoribus dochować chcę, tak też na Prawa cudze, Wolności & Jmmunitates następować nie zamyślam, a chcąc to rzeczą samą oświadczyć przy bytności wielebnego w Bogu JW. Jmci Xiędza Eustachiego Wołłowicza Biskupa Wileńskiego, Opata Lubieńskiego, Proboszcza Trockiego, i Podkanclerzego W. X. L. &c. do tego odemnie i od Magistratu Miasta Wileńskiego Uproszonego, także przy bytności Ichmościow Panow Przełożonych i Urzędnikow Grodzkich na sprawowanie rządu i spraw Województwa Wileńskiego odemnie wysadzonych, Punkta od Magistratu Wileńskiego poddane, i przez Antecessory moie Woiewòdztwa Wileńskiego, jako to Authentice pokazali; wcale zachowane ku lepszemu obmyśliwaniu pokoiu i dobrego rządu Miasta tego, ku zatrzymaniu zgody i miłości między Iuryzdykcyiami, i ku temu wszystkiemu coby ku lepszemu, tak Urzędu Grodzkiego,

iako

iako i Miasta Wileńskiego bydź mogło, sposobem niżey opisanym zgodniem postanowił; i Urzędnikom moim teraz i na potym będącym, aby to wszystko ad Executionem przywodzili, i w teyże Klubie zawsze trzymali, koniecznie tak chcąc mieć zleciłem. A Pan Podwoiewodzi mòy teraz i napotym będący, ma się w braniu targowego zachować według Listu Antecessora mego Xięcia Imci Pana Woiewody Wileńskiego przez Mię teraz osobliwym Listem moim z tymże Magistratem ponowionego, w czym jako do tego czasu Miasto przeszkody nie czyniło, tak i napotym czynić nie ma. *2do.* Rząd wszystek w Iuryzdykcyi Zamkowey bez żadney Mieyskiey przeszkody Pan Podwoiewodzi czynić ma, niwczym się w Iuryzdykcyią Mieyską nie wstępuiąc, gdyż Urzędnicy Mieyscy jako Prawa i Przywileie na to swoie pokazali, przysięgami na każdy Rok bywaią onerowani in eum finem aby Rządu sobie należącego przestrzegali. A jeśliby też abo Urząd Zamkowy widział co zdrożnego w Iuryzdykcyi Mieyskiey, albo też Urząd Mieyski w Iuryzdykcyi Zamkowey, maią sobie amice donosić, i gdzieby tego potrzeba ukazowała spòlnie in charitate, Sobie Consilio & Auxilio dopomagać. *3tio* Mieszczan z Iuryzdykcyi Mieyskiey do Sądu Zamkowego i więzienia nienależnego, & e contra Ludzi do Zamku należących do więzienia i do Sądu Mieyskiego aby nie pozywano, a ieśliby się to stało przez sługi Urzędowe, aby tak oni impunè niewchodzili, gdyż to niemała obelżyć kogo, i do szkody przywieśdź, a potym poturemne wziowszy, i de foro Incarcerati dowiedziawszy się, z Turmy go wypuścić, a zato ani sługi Urzędowego, ani strony która nato instabat, pœnâ talionis według Prawa nieskarać. *4to.* Więzień gdy będzie dany do Turmy Zamkowey od Mieszczanina aby bez wiadomości samey strony, albo paręki Ludzi osiadłych, a nie Listowney do dosyć uczynienia niebył wypuszczanym. *5to.* Rekonwencya tak w Prawie Ziemskim W. X. L. iako w Prawie Magdeburskim, ktòrym się Miasto Wileńskie Sądzi, iest w prawdzie pozwolona, ale iż Miasto Wileńskie z Zamkiem, zdawna te Pakta zachowało, aby każdy in foro suo proprio był requisitus, przeto i teraz ta rekonwencya między Urzędem Mieyskim i Zamkowym mieysca niech niema, ale raczey gdy się kto à foro excypuie z Mieszczan Wileńskich, także też vice versa i Zamkowych, tedy takowego każdego ad Forum competens odesłać, a gdzieby wątpliwość była o jego excepcyi, a mianowicie Ludzi nieosiadłych, tedy póki testimonio legitimo, z Urzędu swego exceptionem illatam niewery fikuie, ma rem judicatam mieć in suspenso, ażby to porządnie wywiodł, że iest pod Juryzdykcyą albo Mieyską, albo Zamkową, w żadnym go więzieniu tym czasem niezatrzymywaiąc; to iednak ma się tylko o Ludziach nieosiadłych rozumieć, a termin na pokazanie świadectwa Urzędowego, dalszy nad trzy dni, niema

Tt 2 bydź

bydź pozwolony. *6to.* Sludzy Zamkowi, gdy się trafi na Pozwie Gościa iakiego, albo na areſzta do Domu Mieſkiego iść, niech się zachowaią wedle dawnego zwyczaiu, aby przy ſludze Urzędu Mieſkiego wchodzili do takowego Domu, bo iuż zatym i Mieszczanin, niemoże krzywdy ſobie mianować od Urzędu Zamkowego, gdy się zachowa tak, iak mu rozkaże Sługa Urzędu jego należącego, aby niebronił Zamkowi przyſtępu do Gościa, in quantum juris ma do onego. *7mo.* Weſzło też to per errorem w Urzędowe ſługi Zamkowe, że ſkoro poſtrzegą; iż Dom Iuryzdykcyi Mieſkiey, Oſoba Ordinis equeſtris kupiła, to iuż zaraz w on Dom, rozumieiąc że iuż i Iuryzdykcyą Mieſką kupił, w powinność zamkową wyciągaią. Przetoż Urząd Zamkowy i do takowych Domow, Iuryzdykcyi ſobie żadney przywłaſzczać niema, bo nie idzie to za tym, aby iuż takowy Dom, miał bydź alienowany od Iuryzdykcyi Mieſkiey, że Szlachcic Poſseſsorem onego; gdyż Dom kupić może, albo Mu się po Zenie i iakimkolwiek ſpoſobem dominium doſtanie, lecz Juryzdykcyi kupić, i oney w inſzą przenieść niemoże, bo i zeznania takowych Domow na Urzędach tychże Mieſkich bywaią, i od Emptorow takowych, inſkrypcie tamże zaraz de præſtanda obedientia Eidem Officio Civili, more aliorum Civium ex eadem Domo bywalą opisane, excypuiąc iednak Kamienice i Domy Pańſkie i Szlacheckie pod władzą Zamkową Statutem warowane. Wſzelakich Przekupniow według Prawa Mieſkiego Magdeburſkiego i Dekretow, także Liſtow oſobliwych Krôlow Jchmościow, za konſenſem wſzech ſtanow nato danych, i pod władzą ſamego Urzędu Mieſkiego poddanych, Urząd ſam Mieſki doglądać ma, zaczymby cena rzeczom ſtrawnym prędzey umnieyſzona bydź mogła. Naco dla lepszey Wiary i pewności, przy Pieczęci Rękąm ſwą podpiſał. Datt w Wilnie Dnia Dwudzieſtego Oſmego, Mieſiąca Maja, Roku Pańſkiego Tyſiąc Sześćset Siedmnaſtego. Jan Karol Chodkiewicz Woiewoda Wileńſki, Hetman W. X. L.

Pieczęć przyciśniona W. X. L.

Anno 1618. Dnia 28. Marca. Dekret Króla Jmci Zygmunta III. między Poborcami Miaſta Wileńſkiego, a Szlachtą, Folwarki pod juryzdykcyą Mieſką maiącą, względem oddawania do Miaſta Poborow, i innych Podatkow.

Sigismundus Tertius DEI Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæque, nec non Svecorum, Gottorum, Vandalorumque hæreditarius Rex. Significamus præsentibus Literis Noſtris, quorum intereſt universis & ſingulis, deveniſse ad Nos, Iudiciumque Noſtrum, per viam appellationis, a ſententia iudicii Civilis Vilnensis interpositæ, causam

sam & actionem inter Famatos Joachimum Marcinowicz, & Laurentium Bartkiewicz, uti Provisores Proventuum Civilium nec non Sucollectores Contributionis publicæ, in Comitiis Generalibus constitutæ & laudatæ, Actores, & Nobiles Vladimirum Zochowski atque Christophorum Krzyczewski Possessores Fundorum, Jurisdictioni Civili Vilnensi subiectorum, citatos occasione retentionis & non persolutionis, per Citatos pro aliquot Annis contributionis publicæ ex bonis, Foro & Jurisdictioni Civili subiectis, tum & ratione pænæ in iisdem Constitutionibus interpositæ, per Citatos, propter retentas easdem Contributiones succubitæ, in qua Causa postea quam citati se contributionem Anni Millesimi Sexcentesimi Decimi Sexti, Lanoviæ vulgo dictam, nemini alteri, præter Exactori Districtus in Comitiis constituto & nominato, dari debere allegarent, quietationesque certorum Exactorum de persolutione earumdem contributionum, pro aliquot annis produxissent, Actores vero Privilegiis Serenissimi olim Sigismundi, nec non Serenissimi Sigismundi Augusti Avunculi, Regum & Antecessorum Nostrorum, tum ex Regestris civilibus ejusmodi contributiones, Possessores Fundorum civilium, non ad Exactores Palatinatus vel Districtus, verum ad Succollectores Civiles pertinere, & reddere debere. Judicium Civile Vilnense præfatos Sucollectores civiles, circa Privilegia Jusque ipsorum conservaverat, citatosque tam de præsenti, quam in Futuro, eandem contributionem non alibi, sed ad Sucollectores civiles cum suis Successoribus, reddere debere pronuntiaverat, à quo Decreto Citati supra specificati, nec non & Nobilis Paulus Konopnicki eodem nomine citatus, Processuique præfato inhærens, ad Nos Judiciumque Nostrum appellaverunt, prout causa istius processus latius de præmissis testatur. Jn termino itaque hodierno, ex eisdem appellationibus incidente & hucusque continuato, Partibus Actorea per spectabilem Thomam Bildziukiewicz Consulem ac Jnternuntium Civitatis Vilnensis, Citata vero præfati Vlodimiro Zochowski, suo & aliorum litis consortium nomine, personaliter coram Judicio Nostro comparentibus, eumque terminum attentantibus, atque, controversias suas repetentibus. Nos cum Consiliariis & Juris-peritis Nostris, audita diligenterque perpensa Partium Controversia, sententiam præfatam Judicii Civilis Vilnensis, approbandam & confirmandam esse duximus, uti quidem approbamus & confirmamus, cum ea tamen declaratione Nostra, quod Citati à solutione contributionum pro præteritis annis retentarum liberi esse debent, in posterum tamen tenebuntur easdem contributiones ad Sucollectores Civiles, juxta Privilegia & Regestra Civitatis Vilnensis, conferre & persolvere, præsentis Decreti Nostri vigore. Jn cuius rei fidem Sigillum M. D. L. præsentibus est appressum. Datum Varsoviæ Die Vigesima Octava Mensis Martij

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Decimo Octavo. Regnorum Nostrorum Poloniæ Trigesimo Primo Sveciæ vero Vigesimo Quinto. Leo Sapieha Cancellarius M. D. L.

Sigillum Majus M. D. L. appressum.

Roku 1618. Dnia 30. Marca. Przywiley Króla Jmci Zygmunta III. aby Waga w Mieście Wileńskim równa była z Wagą Kowieńską i Królewiecką.

ZYgmunt Trzeci z Bożey Łaski Król Polski, Wielki Książe Litewski, Ruski, Pruski, Zmudzki, Mazowiecki, Jnflantski, à Szwedzki, Gotski, Wandalski dziedziczny Król. Oznaymuiemy tym Naszym Listem, wszem w obec i każdemu z osobna, komu to wiedzieć należy: doniesiona Nam iest skarga Jmieniem Szlachetnych Burmistrzow, Radźcow i Kupcow Miasta Naszego Wileńskiego, iż oni wielką szkodę ponoszą w przedawaniu Towarów swoich w Królewcu, a to z tych przyczyn, iż Waga Wileńska nieiest równa z Wagą Królewiecką i Kowieńską, towarow grubych w ważeniu, to iest Wosku, Łoiu, Lnu, Konopi, i innych grubych towarow, My tedy postrzegaiąc tego aby Miasto Nasze w tym szkody niemiało, i do zniszczenia nieprzychodziło, chcemy mieć, aby Waga Wileńska, mianowicie na Len, Wosk, Łoy, Konopie, i inne grube towary, równa była z Wagą Kowieńską, i Królewiecką, czego Urząd Mieski Wileński postrzegać będzie, według Praw sobie nadanych, aby Mieszczanie Nasi i Kupcy, równą Wagę maiąc, bez szkody Towary swe sprzedawać mogli. Dan w Warszawie Dnia Trzydziestego Miesiąca Marca, Roku Pańskiego Tysiąc Sześćset Ośmnastego, Panowania Królestw Naszych Polskiego Trzydziestego Pierwszego, a Szwedzkiego Dwudziestego Piątego Roku. Sigismundus Rex. Jan Sokoliński Pisarz W. X. L.

Sigillum Majus M. D. L.

Anno 1620. 11. Martij. Decretum Relationis Serenissimi Sigismundi III. inter Nobilem Magistratum Vilnensem, & Generosum Alexandrum Chalecki pro-tunc Advocatum Vilnensem, ratione distinctionis Judiciorum Civilium.

SIgismundus Tertius DEI Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Samogitiæ, Masoviæ, Livoniæque, nec non Svecorum, Gottorum, Vandalorumque hæreditarius Rex. Significamus præsentibus Literis Nostris, quorum interest universis & singulis: Quod cum citatus fuisset ad Nos Judiciumque Nostrum, Literis Citationis nostræ Generosus Alexander Chalecki de Chalcz Secretarius Noster, & Advocatus Vilnensis, ex eadem Advoca-

vocatia, bonisque Jllius omnibus, ad Jnſtantiam Spectabilium Proconsulum, & Consulum Civitatis noſtræ Vilnensis, propterea: quod Jpse juxta Jura & Privilegia, Plebiscita Civitatis noſtræ Vilnensis, quæ fundantur in jure teutonico Magdeburgensi, ad inſtar Civitatis noſtræ Cracoviensis, per Sereniſſimos Anteceſsores noſtros conceſsa, & per Nos confirmata, Officio ſuo Advocatiali fungens, Jure ſuo per infra ſcriptas injurias abutatur, actionesque Pupillorum, & Orphanorum cum Tutoribus, & de diviſionibus hæreditatum, & actiones contra Tutores, actiones Opificum, & differentias Contuberniorum, & multas alias quæ ſolis meré Consulibus debentur, cum derogatione Juribus Civitatis judicet, in inferiori ſuo Judicio, nominato, Causas Majoris momenti (cum tantummodo ſimplices & Decem Sexagenas Lithvanicales non excedentes judicare debeat) cum magno præjudicio multorum judicet, ſententias Scabinorum opprimat, eosque ad inventas retractet, appellationes ad Nos non admittat, Consulares, qui in privatis Civilibus Causis, a jurisdictione Advocatiali & Scabinorum, Privilegiis Plebiscitis ab Anteceſsoribus Noſtris ſunt exempti, jurisdictioni vero Consulari adscripti, per se & ſubſtitutos ſuos ad Forum ſuum attrahat, & eosdem reſpondere Decretis adigat, expensas litium inusitatas contra præscriptum juris, & plebiscitum Civitatis exigat, imo in dies cum maximo detrimento Plebis augeat, mulctas a Civibus ad augendos proventus ſuos graviſſimas extorqueat, contra Præconſules & Conſules, in levipendium ipſorum, in propria Domo ſua (interdum & nulla præcedente causa) de Nocte Judicium bannire jubeat, aliaque plurima gravamina, tam Personis Consularibus quam Civibus, per ſe & ſuos ſubſtitutos Chriſtophorum Kiernowiſzko Conſularem, & Martinum Łukowſki Notarium Scabinalem Civitati juratos, inferat, in derogationem Jurium & Privilegiorum Civitatis Vilnensis, ſummumque præjudicium & damnum non mediocre eorundem Actorum & Totius Communitatis (prout citatio præfata latius de præmiſsis teſtatur) in qua causa poſtea, quam eædem partes, Actorea Spectabilis Magiſtratus Vilnensis, ex Majori Gremio Conſulatus, ac Judicio Scabinali Vilnensi; Citatus quoque perſonaliter, per Bartholomæum Gawłonicki Civem juratum comparuiſsent, ac tandem Magiſtratus ex citatione ſua, contra Advocatum proposuiſset: citatus Advocatus imprimis copias Literarum & Privilegiorum Civitati ſervientium, ut ex iisdem de omnibus differentiis inter ipsum & Magiſtratum Vilnensem exortis, eo facilius informari, & tandem ad objecta reſpondere poſsit, ſibi extradi affectaſset. Magiſtratus vero ſe ad extraditionem Literarum, præsertim vero Privilegiorum, per Sereniſsimos Anteceſsores Noſtros Civitati Vilnensi proprié conceſsorum, ac per Nos & Anteceſsores Noſtros adauctorum & comprobatorum non te-

 neri

neri responderet, Assessores Judicij Nostri Magistratum Vilnensem utpote in causa Actorem, ad extraditionem earundem Literarum Privilegiorum, quæ Magistratui ac Civitati proprié servirent, non teneri adinvenerunt, citatumque alterius procedere debere decreverunt, nihilominus tamen, ac si in prosecutione causæ exhibitio Privilegiorum affectatorum necessaria foret, eamdem Actoream partem denegare non debere, juxta liberam submissionem ipsis pronuntiaverunt. Postea vero post exhibtionem per Magistratum Vilnensem Privilegiorum ultro factam, inter easdem partes, Jidem Assessores Judicii Nostri, exauditis ac bene consideratis Partium Controversiis, Juribusque & Privilegiis, eidem Civitati antiquitus à primæva fundatione á Serenissimis Antecessoribus Nostris datis & concessis, ac per Nos sacrosanctè approbatis & confirmatis, diligenter perspectis, iisque inhærendo talem sententiam tulerunt: Quando quidem Pars actorea Magistratus Vilnensis docuit, & Privilegio Serenissimi divæ memoriæ Casimiri Ducis M. D. L. demonstravit Jus Theutonicum seu municipale Magdeburgense, Civitati Vilnensi ad instar Cracoviensis esse collatum, quod Privilegium à Succedentibus Serenissimis Regibus Antecessoribus Nostris, á Nobisque ipsis est approbatum & confirmatum, Civitas vero Cracoviensis habet distincta Judicia, proinde decreverunt Judiciorum exercendorum rationem Civitati Vilnensi, & modum ad normam Civitatis Cracoviensis revocari, & exercere debere. Quo ad Plebiscitum vulgo Wielkierz attinet: quandoquidem ad supplicationem Magistratus & Communitatis Vilnensis, hoc idem Plebiscitum a Serenissimo Rege divæ memoriæ Sigismundo Augusto, Civitati præfatæ Vilnensi est concessum & confirmatum, atque a Serenissimo Rege Stephano, & a Nobis roboratum & ratificatum: insuper in Privilegio super Advocatiam, præfato Citato moderno collato & dato nominatum est, quo cautum est: ut secundùm Plebiscitum judicia exerceat, super quod Privilegium Idem citatus juravit, ideo hoc idem Plebiscitum consistere, vim & robur legis perpetuæ, habere debere pronuntiaverunt. Cum autem in eodem Plebiscito ob vetus idioma Linguæ Polonicæ quædam sunt obscuriora, ideo hac in parte eandem quæstionem, pro declaratione ad Nos remiserunt. Quod vero ad gravamina attinet: & primo de non admissis appellationibus, decreverunt easdem appellationes, a definitiva sententia, & accessoriis majoris momenti; quæ causarum perimentia dicuntur, omnino admitti. Sententias vero seu ortilegia, per Judicium Scabinale concordanter adinventa lata, & pronuntiata, in suo robore firmiter permanere, Advocatumque a cassatione eorumdem ortilegiorum abstinere, quinimo Eumdem a Sententia ferenda vel omnium consensui, vel majoris partis adinventioni adhærere, sententiamque per ipsos inventam pronuntiare debere. Cum autem

No-

Notarij & alij Officiales Advocati, a Decretis, Refcriptis, contumacijs, & alijs fimilibus causis plus æquó folutiones exigant, usque exactionibus homines litigantes aggravent, proinde ftatuerunt eumdem Advocatum debere in fuos Officiales animadvertere, ne huiusmodi exactionibus homines aggravent, fed fecundum præscriptum Plebisciti, alias Wielkierz ejusmodi folutiones & non pro libitu fuo exigat. Quod autem ad mulctas pecuniarias attinet, quarum non nullas se accepifse Advocatus citatus agnovit, nominatim vero a Famatis Sebaftiano Pigulka aurifabro, centum fexagenas Lithvanicalies, Jgnatio Dubowicz Sexaginta Aureos hungaricales, & ab aliis multis; quæ cum Privatorum funt injuriæ, cuivis pro iniuria & gravamine, cum eodem Advocato, falvum jus reservaverunt. Quod vero Personas in Magiftratu exiftentes attinet, eo animadverso quod eædem Personæ omnes, Juribus, Libertatibus & prærogativis gaudent, atque uti ab omni alieno foro & jurisdictione, etiam a Judicio Advocatiali Domeftico, & Scabinali exemptæ, non fubiacere, neque illos ad prædicta Judicia evocare, & extrahi debere pronuntiaverant, à qua fententia Pars utraque (citata in ea parte quod illi iudicio omnium causarum non funt generaliter adjudicata, Actorea vero in ifta parte ubi declaratio & melioratio Plebisciti alias Wielkierz facta eft, tum quod Advocatus in pænis contra eos, qui Privilegiis & Juramento abutuntur fancitis & ftatutis non fuerit condemnatus) ad Nos appellaverat. In termino itaque hodierno Judiciis Relationum Noftrarum propriarum, partim ex receptione illius, partim ex appellatione à Sententia Afsefsorum Judicii Noftri, per utramque partem ad Nos interpositæ incidente, cum Partes præfatæ Actorea Magiftratus Civitatis Noftræ Vilnensis, per Excellentem ac Spectabiles Jacobum Arnoldum Medicinæ Doctorem, Thomam Bildziuk, Jacobum Radziminowicz Consulares, & Jacobum Sienkiewicz Scabinum Civitatis Vilnensis, Collegas ac inter Nuntios fuos. Citatus vero Generosus Advocatus Vilnensis personaliter, coram Nobis comparerent, eumque terminum attentarunt, ac poftea in principali negotio ea omnia, quæ coram Judicio Noftro Afsefsoriali illata erant: denuo coram Nobis repeterent, introducerent, ac tandem de omnibus controversiis disceptarent. Actores in primis ex fua citatione contra citatum proponebant, præiudiciaque & gravamina utrique fubsellio tam Confulari, quam Scabinali per citatum illata, figillatim proponebant, Privilegiaque Fundationis Civitatis Vilnensis, ac Juris Teutonici, five municipalis Magdeburgensis, quæ eidem Civitati Vilnensi, ad normam Civitatis Cracoviensis per Serenifsimos Antecefsores Noftros concefsa & collata funt producebant, iisdemque & aliis documentis & rationibus, quas & quales causas differentiarum & disceptationum Magiftratus Consularis tractare, judicare

& exequi debeat, deducebant. Præterea Plebiscitum vulgo Wielkierz dictum, communi laude & consensu Civitatis Vilnensis sancitum, conscriptum, & per Serenissimum Antecessorem Nostrum approbatum (super quod, Idem Advocatus solenniter, juxta suum Privilegium a Nobis super eandem Advocatiam obtentum juramentum præstitit) ubi de certis circumstantiis, quomodo sese tam Magistratus Consularis, quam Advocatus nec non judicium Scabinale, in expediendis quibuscunque negotiis & rebus, gerere debeant, continetur; authentice sub Sigillo Nostro M. D. L. publicè ostendebant iisque omnibus deductis & commonstratis, citatum tam Privilegiis quam Plebiscito ejusdem Civitatis Vilnensis contravenire, nec non eodem Juramento per Advocatum præstito, jurisdictionem sibi majorem, quam ipsi competebat, tam in exercendis Judiciis, quam in obeundis & expediendis aliis negotiis, sive sunt parvi sive magni momenti, tum & contra Personas Consulares, quæ sunt ab omni Judicio exemptæ, privilegiatæ, & non nisi coram suo Magistratu Consulari, parere & respondere ex Officio tenentur, privata sua authoritate usurpare, Scabinorum ortilegia retractare, atque appellationes a Decretis & ortilegiis Scabinorum denegare, pænasque & mulctas a Civibus, supra æquitatem extorquere, omniaque pro libitu suo exercere inferebant, petebantque ut consideratis iisdem omnibus Juribus, Privilegiis, deductionibus, allegationibus, de præmissis omnibus differentiis, sibi cum Advocato intercedentibus, cognoscere & statuere Magistratum cum Judicio Scabinali, circa Iura eadem ac Privilegia, Plebiscitum, Observationes, prærogativas, conservare; Advocatumque in pænis contra illos, qui Privilegiis & Iuramento abutuntur, Statutis & sancitis condemnare dignaremur. Ex adverso citatus advocatus Vilnensis, actionem presertim ex privato potius odio, quam bono Publico Civitatis illius profectam, nec per omnes Consules Consularesque, sed quosdam iuniores duntaxat ex ordine ipsorum, sibi institutam esse, assertatione privata solius Thomæ Dygon Consulis Vilnensis, cum subscriptione & sigillo ipsius deducebat, & ad ipsum negotium principale, sive injurias prætensas descendendo, sibi uti Iudici ex usu, consvetudine, seu praxi communi, judicium omnis generis Causarum competere, Antecessoresque suos priores semper in continuo usu eorundem Iudiciorum fuisse allegabat, & insuper certis Privilegiis Serenissimorum Antecessorum Nostrorum Vladislai Regis, Sigismundi Ducis, ac præsertim Sigismundi Augusti, Avunculi & Antecessoris Nostri, Civitatem præfatam ab omni alieno foro & jurisdictione Castrensi, Terrestri & alio quovis extraneo Iudicio exemptam, & Advocato Vilnensi subordinatam esse, deducere conabatur, eodemque Privilegio quemlibet tam in magnis, quam in parvis causis & actionibus Civilibus & criminalibus, non

alibi,

alibi, quam coram Advocato, & Civili Magiſtratu comparere debere allegabat, ſeque nihil temere, præcipitanter, aut contra Iura, Privilegia qualiacunque excelsiſse, verum ſecundum præscriptum Iuris comunis, & antiquæ consvetudinis, in ſuo officio Advocatiali ſese continere affirmabat; Quod vero aſsertum Plebiscitum attinet, illud unquam in uſu & obſervantia fuiſse omnino negabat; Jtaque ſe quoque circa eadem Iura, & Prærogativas ſuas Advocatiales, & alia quævis munia & officia ad Advocatum ex antiquo uſu & conſvetudine pertinentia conſervari, Plebiscitum aſsertum tolli, caſsari, & annihilari, ſeque a Causa & omni partis actoreæ impetitione liberum pronunciari expetebat. Porro Actores facta ſolemni proteſtatione de atteſtatione per Thomam Dygon edita, ac per Advocatum in ſubſidium exceptionis ſuæ coram Nobis producta, eandem tanquam privatam, & ab una tantum Perſona factam, nihil valere poſse replicabant, eamque rejici affectabant, quæ toti Civitati, bonoque commodo, & ordini Communitatis contravenit: Nos cum Consiliarijs Noſtris, lateri Noſtro aſsidentibus, audita, diligenterque perpensa partium controversia, Juribusque, Privilegiis, allegationibus, defensionibus tam in priori inſtantia, coram judicio Noſtro aſseſsoriali, quam coram Nobis reproductis, & illatis, diligenter perſpectis & animadversis, ijsque inhærendo: Imprimis ſententiam præfatam Judicij Noſtri Aſseſsorialis, uti juſtam & de Jure latam in toto, prout in ſe ſonat, approbandam, & confirmandam eſse duximus, uti quidem approbamus & confirmamus. Quantum vero duo puncta attinet, nimirum ratione Juris Teutonici, ordinationisque Judiciorum, nec non ratione elucidationis Plebisciti Wielkierz dicti, a quibus appellatio ad Nos interpoſite eſt, quamvis Nos conſideramus Civitatem Præfatam Vilnensem juxta Privilegia ipsius coram Nobis exhibita, in Jure Teutonico, quod Magdeburgense dicitur, fundatam, eandemque Juri præfato Teutonico, quo & Civitas Cracoviensis gaudet adæquatam eſse; verum cum intellexiſsemus, diversam & aliam in Civitate Noſtra Vilnensi quam Cracoviæ receptam & obſervatam hactenus in exercendis Iudicijs & proceſsibus, rationem, & ordinem, eumque usu ac conſvetudine approbatum, ac mediante Privilegio ejusdem Civitatis Vilnensis receptum & introductum eſse; Ideo in vim Legis, ac perpetuæ firmitatis & obſervantiæ, talem modum & ordinem ibidem perpetuo duraturum, præscripsimus, ſtatuimus, & declaravimus. Et primum quidem quo ad primum punctum occaſione diſtinctionis Iudiciorum in eo paſsu ſic observari, volumus: Quod nimirum Magiſtratus, Officium videlicet Conſulare Vilnense, Causas & actiones infra ſcriptas, nempe Obſigillationes poſt manum mortuam, Inventaria, taxam bonorum in ijs continentium, Creationes Tutorum, ac eorum depoſitiones, Rationes tutelarum, & omnes circa eas interve-

nientes controverſias, Adultis, discretorum annorum cognitiones, Viduarum orphanorumque proviſiones & protectiones, contuberniorum Mechanicorum, artificum, ordinationes & exortas differentias, quæcunque inter Magiſtros & eorum Familiam ſociosque intervenerit; Tumultuum, ſeditionumque Inquiſitiones, pe diſtingvendis limitibus Domorum, arearum, Fundorum inter vicinos, pro conſpiciendis inter eosdem damnis, illatis vel inferendis, tum & in extruendis novis ædificijs aut antiquis reparandis; cognitiones aut animadverſiones in eos, qui ſive res ipsas, quas venales quomodocunque exponunt, ſive eorum pondera, vel mensuras fallaciter vitiant, ac denique miſerabilium Perſonarum Hoſpitalium & Xenodochiorum causas, de querelis Domini contra ſervum, ſervi contra Dominum, vel aliquos causas calculosve, Jnscriptiones coram officio Conſulari recognitas, expedire, exercere, & determinare, idque in ſuo conseſsu Magiſtratus ordinario tenebitur. Personæ quoque Conſulum, Conſularium & Scabinorum, Notariorumque, nec Forensi Domeſtico Advocati, nec Scabinali, ſed mere Magiſtratûs judicio omni in causa ſubjaceant. Porro Advocatus pronunc & in poſterum exiſtens, cum Scabinis in ſuo conſeſsu Scabinali, ſeorsive omnes & ſingulas causas Criminales, tum & Civiles, ad expoſita Judicia pertinentes, Teſtamenta quoque, codicillos, circa quæ ſolemnitates observari ſolent (exceptis ijs, quæ ſuperius circumſcriptæ ſunt, & quæ ad officium ac ordinationes Conſulatus ex præmiſsa Noſtra declaratione pertinent) expediat, ita videlicet quod in causis actionibusque gravioribus, ac majoris momenti, juxta veterem consvetudinem, Scabini ante ferendam ſententiam definitivam, vel ſuper quo diſceptaverint, cum Magiſtratu conſulari per Delegatos e medio ſui conſilia capiant, & communicent; Quodsi quidem ijdem Scabini propter ſuffragia ineunda, a Magiſtratu requiſiti & vocati fuerint, de rebus compoſitis ſecum unanimiter conferre tenebuntur. Inſuper Advocati, tam modernus, quam in poſterum ſuccedentes, in abſentia Reſidentiæ ſuæ, in locum ſuum nonniſi e medio Magiſtratus ſubſtituere debebunt. Quod vero venditiones, emptiones, intromiſsiones, quietationes, ceſsiones, recognitiones quasvis (ratione quorumvis debitorum verbalium, Chirographorum, inſcriptionum, pactorum omnium, actionum locati & conducti, arendæ, & inde emergendorum damnorum, intercedentes attinet, eas coram quocunque ſubſellio) etiam coram Officio Advocatiali inferiori dummodo ſummam decem ſexagenas Lithvanicales non excedat & exceptis ijs, quæ ex tutela aut Tutoribus petenda non proveniunt, quæ ad Magiſtratum mere pertinent, cuicunque pro libitu ſuo facere, & voluntate expedire: Advocato quoque privatim in loco ſuæ reſidentiæ, non tamen extra territorium Civitatis Noſtræ Vilnensis, causas ocasione

qua-

quarumvis injuriarum Civilium, a quibus mulcta illi soli debetur; tractare & expedire licebit. Si quid autem ex praemissis circumscriptis causis, Notarij in privato extra Officium in aedibus suis, a quopiam ad recognoscendum & inscribendum susceperint, id totum prorsus de facto, nullius valoris esse debet. Porro alterum Punctum ratione Plebisciti Civitatis Vilnensis quod attinet; illud quidem Plebiscitum, uti per Magistratum & Communitatem Vilnensem receptum, tandem per Serenissimos Antecessores Nostros, ac Nos ipsos approbatum, Nos quoque & ad praesens approbamus. Ceterum cum quaedam in eodem Plebiscito absoluta, & iis temporibus diversa contineri appareant, praetia quoque rerum longe aliter a modernis temporibus, quibus in altum emerserunt & excreverunt, differunt, praesertim quod in illud Plebiscitum non omnia requisita, de observatione & ordinatione praetii sint inscripta & inserta, usu tamen & continua consvetudine recepta sunt, ideo Nos innitendo diversitati temporum, hoc idem Plebiscitum ratione praetij, & in aliis punctis, quae in anteriori Plebiscito non erant expressa, ad praesens in moderno Plebiscito per Nos constituto meliorari volumus, prout quidem illius meliorationem seorsivis Literis Nostris facimus, & statuimus. Ad Extremum, omnes quasvis differentias occasione quarumque offensionum ab utrinque intercedentium, protestationes, reprotestationes, attestationesque, contra bonum publicum Civitatis nostrae editas, inter easdem partes tollimus, cassamus, & in nihilum redigimus, nulliusque roboris esse, nec quidquam famae, honori, existimationi, bonaeque reputationi cuiuscunque nocere debere pronuntiamus, praesentis Decreti Nostri vigore, In cuius evidentiorem rei fidem, Sigillum Nostrum M. D. L. praesenti Decreto est appressum. Datum Varsaviae Die Undecima Martij, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Regnorum nostrorum Poloniae Trigesimo Tertio, Sveciae vero Vigesimo Septimo Anno. Albertus Stanislaus Radzivill Vice-Cancellarius M. D. L.

Roku 1623. Dnia 10. Octobra. Punkta do zachowania Pokoiu, i zatrzymania zgody, między Juryzdykcyą Mieyską a Zamkową przez s. p. Lwa Sapiehę Woiewodę Wileńskiego postanowione.

LEW Sapieha Woiewoda Wileński. Wiadomo czynię: iż iako iest rzecz piękna, w swoich się swobodach i wolnościach każdemu kochać i onych strzedz; tak niemniey powinna tym zwłaszcza, ktorzy z Rządow i Sądow Boskich, Dygnitarstwa i Przełożeństwa na sobie noszą; nad Mnieyszemi przeciw następcom na Prawa i prerogatywy ich wszelakie, mieć protekcyą i strażą, przez coby nietylko Bliźniemu swemu, ale Bogu samemu prawemi ostawali,

około czego się Ja obieraiąc, i pilne nato oko maiąc, a wiedząc iako Wielkiemu Księstwu Litewskiemu siła należy, aby to Miasto Stołeczne wolno w ozdobach, porządkach, i miłym Pokoiu rosło i kwitneło, widząc iż też godney pamięci Antecessorowie moi do tego uprzeymie i stale dopomagali, za okazaniem Mnie od Szlachetnego Magistratu Miasta tego postanowienia, z podpisem Ręki i Pieczęcią Jchmościow, temuż Magistratowi, a osobliwie od blisko zeszłego X. Jmci Pana Woiewody Wileńskiego tu w Wilnie Dnia 28. Maja R. 1617. dane, na żądanie i prożbę Magistratu tego Miasta, iako rzecz słuszną, zgodzie Urzędu oboiego dobrze i wielce pożyteczną, też Punkta we wszystkim przyiął, i aby w swey exekucyi w przyszłe czasy ostawały, słowo w słowo przepisawszy wydałem, które się tak w sobie maią: Naprzód Pan Podwoiewodzy mój, teraz i na potym będący, ma się w braniu Targowego zachować według Listu Antecessora mego Książęcia Jmci Pana Woiewody Wileńskiego, przez Mię teraz osobliwym moim Listem z tymże Magistratem ponowionego, w czym iako do tego czasu Miasto przeszkody nieczyniło, tak i na potym czynić niema. Rząd wszystek w Juryzdykcyi Zamkowey bez żadney Mieyskiey przeszkody, Pan Podwoiewodzy czynić ma, ni w czym się w JuryzdykcyąMieską niewstępuiąc, gdyż Urzędnicy Miescy, iako na to Prawa i Przywileie swoie pokazali, Przysięgami na każdy Rok bywaią onerowani in eum finem, aby rządu sobie należącego przestrzegali, a ieśliby też albo Urząd Zamkowy widział co zdróżnego w Juryzdykcyi Mieskiey, albo też Urząd Mieski w Juryzdykcyi Zamkowey, maią to sobie amicé donosić; i gdzieby tego potrzeba okazywała, spólnie in Charitate, sobie consilio & auxilio dopomagać. Mieszczan Juryzdykcyi Mieskiey do Sądu Zamkowego i więzienia nienależnego, & é contra Ludzi do Zamku należących do więzienia i do Sądu Mieskiego, aby niepozywano, a ieśliby to się stało przez sługi Urzędowe, aby takowi impune nieuchodzili, gdyż to niemało obelżyć kogo, i do szkody przywieść, a potym poturemne wziąwszy, i de Foro incarcerati dowiedziawszy się z Turmy go wypuścić, a zato ani sługi Urzędowego, ani strony, która na to instabat pæna talionis według Prawa nieskarać. Więzień gdy będzie dany do Turmy Zamkowey, od Mieszczanina, aby bez wiadomości samey strony albo paręki Ludzi osiadłych a nie Listowney, do dosyć uczynienia niebył wypuszczanym. Rekonwencya tak w Prawie Ziemskim W. X. L. iako w Prawie Magdeburskim, którym się Miasto Wileńskie sądzi, iest w prawdzie pozwolona, ale że Miasto Wileńskie z Zamkiem zdawna te pakta zachowało, aby każdy in Foro suo proprio był requisitus, przeto i teraz ta Rekonwencya między Urzędem Mieskim i Zamkowym, mieysca niech niema, ale raczey gdy się kto a Foro excypuie z Mieszczan Wileńskich, także vice versa z Zamkowych,

wych,

wych, tedy takowego każdego ad Forum competens odeſłać, a gdzieby wątpliwość była onego excepcyi, a mianowicie Ludzi nieoſiadłych, tedy póki Teſtimonio legitimo z Urzędu ſwego exceptionem illatam nie zweryfikuie, morem judicatum mieć in ſuſpenso, ażby to porządnie wywiodł, że ieſt pod Juryzdykcyą albo Mieſką albo Zamkową, w żadnym go więzieniu tym czasem niezatrzymywaiąc, to iednak ma ſię tylko o Ludziach nieoſiadłych rozumieć, a termin na pokazanie ſwiadectwa Urzędowego, dalſzy nad trzy dni niema bydź pozwolony. Słudzy Zamkowi gdy ſię trafi na Pozew Gościa iakiego, albo na Areſzta do Domu Mieſkiego ich, niech ſię zachowuią wedle dawnego zwyczaiu, aby przy ſłudze Urzędu Mieſkiego, wchodzili do takowego Domu, bo iuż zatym i Mieſzczanin niemoże krzywdy ſobie mianować od Urzędu Zamkowego, gdy ſię zachowa tak, iak mu rozkaże Sługa Urzędu Jego należącego, aby niebronił Zamkowi przyſtępu do Gościa, in quantum juris ma do onego. Weſzło też to per errorem w Urzędowe ſługi Zamkowe, że ſkoro poſtrzegą, iż Dom Juryzdykcyi Mieſkiey, Oſoba Ordinis æqueſtris kupiła, to iuż zaraz w on Dom, rozumieiąc że iuż i Juryzdykcyą Mieſką kupił, w powinność wciągaią, przetoż Urząd Zamkowy i do takowych Domow Juryzdykcyi ſobie żadney przywłaſzczać niema, bo nie idzie zatym, aby iuż takowy Dom miał bydź alienowan od Juryzdykcyi Mieſkiey że Szlachcic Poſſeſorem onego, gdyż Dom kupić może, albo Mu ſię po żenie i iakimkolwiek innym ſpoſobem dominium doſtanie, lecz Juryzdykcyi kupioney, w inſzą przenieść niemoże, bo i zeznania takowych Domow w Urzędach tychże Mieſkich bywaią, i od Emptorow takowych inſkrypcye, tamże zaraz de præſtanda obedientia Eidem civili, more aliorum Civium ex eadem Domo bywaią opiſane, excypuiąc iednak Kamienice, i Domy Pańſkie i Szlacheckie pod władzą Zamkową, ſtatutem warowane. Wſzelakich Przekupniow według Prawa Mieſkiego Magdeburſkiego, i Dekretow, także Liſtow oſobliwych Krolow Jchmościow, za konſensem wſzech ſtanow nato danych i pod władzą ſamego Urzędu Mieſkiego podanych, Urząd ſam Mieſki doglądać ma, zaczymby cena rzeczom ſtrawnym prędzey umnieyſzona bydź mogła. Naco dla lepſzey pewności, przy Pieczęci rękkm ſwą podpiſał. Datt w Wilnie Dnia Dzieſiątego Oktobra Roku Tyſiąc Sześćset Dwudzieſtego Trzeciego. Leo Sapieha Woiewoda Wileńſki Ręką ſwą.

Pieczęć przyciśniona tegoż JP. Woiewody

Anno 1621. *Die* 15. *Septembris. Liſt Krola Jmci Zygmunta III. do Magiſtratu Wileńſkiego, aby Pana Bildziukiewicza iako inter quatuor Candidatos electum, & a S. R. M. approbatum, za Woyta Miaſta tegoż przyiął.*

 Sigis-

Sigismundus Tertius, DEI Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Samogitiæ, Masoviæ, Livoniæque, nec non Svecorum, Gottorum, Vandalorumque hæreditarius Rex Spectabilibus, Famatis, proconsulibus, Consulibus, Civitatis nostræ Vilnensis, Gratiam nostram Regiam. Redditæ sunt Nobis Literæ a Fidelitatibus Vestris, quibus electionem Advocati Civitatis Nostræ Vilnensis, pro iure suo a Nobis impertito, legitimé celebratam indicastis, electumque Nobilem Thomam Bildziukiewicz è Gremio sui, super Advocatia dictæ Civitatis Nostræ Vilnensis, confirmari humiliter petiistis. Nos itaque condignam rationem Juris Fidelitatum Vestrarum habentes, eidem Thomæ Bildziukiewicz cuius Fidem & integritatem morumque probitatem commendatam accepimus, id ipsum munus Advocatiæ cum omnibus prærogativis, iuribus, præeminentiis & emolumentis ipsi conferendis, in eodemque confirmandum esse duximus, uti quidem conferimus & confirmamus, serio fidelitati Vestræ mandantes, ut vigore specialis Privilegii Nostri eo nomine ipsi collati, pro Advocato civitatis Nostræ Vilnensis recepto, super hoc eodem officio Juramentum excipiatis, quo secuto omnibus muniis prærogativis ejusdem Advocatiæ fungi, gaudere, uti & frui permittatis; nihilque in negotiis publicis quæcunque bonum ordinem, regimenque Civitatis nostræ Vilnensis, quin & magistratus concernunt, absque ipsius præsentia & suffragiis, ut-pote in electione Scabinorum & collatione libertatum munitionumque Civitatis (cum potissimum ea ratione adducti, id munus Advocatiæ, uni e gremio Magistratus Vestri, qui in dies tanto majus incrementum augmentumque capiat) destinavimus, sanximusque, tractare præsumatis: secus Fidelitati vestræ pro Gratia Nostra Regia non facturæ Dat Varsoviæ, Die Decima quinta Mensis Septembris, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Primo, Regnorum Nostrorum Poloniæ Trigesimo Quinto, Sveciæ vero Vigesimo octavo. Sigismundus Rex. Sigillum appressum majus M. D. L. Joannes Sokoliński M. D. L.. Notarius.

Roku 1622. *Dnia* 12. *Stycznia. List Króla Jmci Zygmunta III. do Magistratu Kowieńskiego, aby Kupcy Wileńscy w Mieście Kowieńskim iako składy Towarow swoich tak i handle wolne mieli.*

ZYgmunt Trzeci z Bożey Łaski Król Polski Wielki Xiąże Litewski, Ruski, Pruski, Zmudzki, Mazowiecki, Inflantski, &c. a Szwedzki, Gottski, Wandalski Dziedziczny Król. Sławetnym Woytowi, Burmistrzom, Raycom Miasta Naszego Kowna, Wiernym Nam miłym Łaskę Naszę Krolewską. Sławetni wierni Nam mili! Doniesiona Nam jest skarga imieniem Magistratu i wszystkiego Pospolstwa Miasta Naszego w Wielkim Xięstwie Litewskim stołecznego Wilna, iż Wierności wasze nie oglądając się, ani

dosyć czyniąc Dekretowi od Swiętey Pamięci Króla Dziada Naszego, między Wileńskim a Kowieńskim Miasty Naszemi, z oczewistey Kontrowersyey z Praw i Przywileiow od obudwu stron pokładanych, za Miastem iednak Wileńskim w swych wolnościach i używaniu ich dawnieyszych wydanemu, temu przeczycie. Towary albowiem które oni lubo to z Królewca, iako Soli, Sledzi, Sukien, Płocien, Korzenia, i inszych tym podobnych, lubo z kąd inąd przyprowadzą tak na brzegu Rzeki Wiliey i Niemna, iako z Domow przedawać nie pozwalaiąc, pieniądze i Towary ich zabierać każecie; a tym barziey praeiudicium odnoszą, iż gdy Kupcom tegoż Miasta Naszego Wilna, zdarzy się te swoie Towary z wicin do sklepow i szpichlerzow w Mieście tymże Naszym Kowieńskim składać, onymże ani swemi, ani przyiacielskiemi Końmi zwożenia pozwalacie, Furmanom w tym swoim (z krzywdą i szkodą każdego potrzebuiącego) zysku i pożytku im niesłusznego życząc, i naganiaiąc; Co oboie iż iest nad słuszność i przystoyność, chcemy mieć po wierności Waszey i koniecznie wskazuiemy, abyście Wierność Wasza pod zakładem kop Tysiąca Litewskich, które Swiętey Pamięci Król Zygmunt August Wuy Nasz, o sprzeciwieństwo założył Dekretowi pomienionemu, dosyć czynili, i kupcow Miasta Naszego Wileńskiego, przy tym cale nie naruszenie wodnych handlow, kupi przedania, na sztuki, miary, wagi, funty, łokcie, beczki, i tym podobne tak w Mieście Naszym Kowieńskim, w Domach i Sklepach, iako i na brzegach Rzeki oboiey Wiliey i Niemna, nie trudniąc zachowali i z brzegow też przewozu Towarow swoich końmi własnemi, Przyiacielskiemi, i Furmanskiemi, którychby iedno sobie oni według swego upodobania nalezli i naięli, bez żadnego obwinienia i karania Mieszczan Obywatelow Miasta Naszego Kowna naiętych, pod takimże zakładem kop Tysiąca które do skarbu Naszego należeć będą, nic nie bronili, inaczey i dla Łaski Naszey nie czyniąc. Dan w Warszawie Dnia Dwunastego Stycznia Roku Pańskiego Tysiącznego Sześćsetnego dwudziestego wtórego. Sigismundus Rex Sigillum appresum majus M. D. L. Gedeon Michał Tryzna Sekretarz.

